



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1782/D









4719



Pillulariuz omnibus medicis q̄z neceſſariuz
clariſſimi doc. magiſtri Panthaleonis.
Summa lacticiniorū completa omnibus ido
nea eiuſdem doctoris.
Cautele medicorum non inutiles clariſſimi
docto. magiſtri Gabrielis zerbi veronēſis.

Cum Priuilegio.

31

¶ Panthaleonis p̄clari medici Pil lularium feliciter incipit.



Um inspi
cerem fragilitatem
humane nature:q̄
tum propter supe/
riores impressiões
tum propter con/
trarietatez corpus
hominis cōponē/
tiuz vt sunt humo
res ⁊ elementa:tuz
propter varietatez
rerum non natura
lium eidem corpo/
ri ineuitabiliter oc
currentium ⁊ intus ⁊ extra vltra causas preter natu/
ram passibilis redditur. Ita vt a minimis etiam cau/
sis alterantibus fatigetur ⁊ plerumqz a proprio tempe
ramento remoueatur(vt omnis tenet schola medico/
ruz). Ideo opusculum facere institui in actu practico
iudicio meo vtilissimum. Quod licet ad conseruandā
sanitatem : ⁊ preseruandum ne corpora in egritudi/
nes prolabantur principaliter valeat. non parum ta/
men proderit etiam ad ipsas egritudines extirpādas
maxime cronicas : quarum plures cum dei auxilio:
qui solus sanat langores omnes:⁊ sine quo bonuz nul
lum fieri potest:notabiliter minoraui:immo ⁊ plures
perfecte sanaui. ¶ Uerum in primis clementiam diui
nam exposco: Inuocando etiam diuum Panthaleo/
nem martyrem ⁊ clarissimum medicum intercessorez
vt ingeniolum meum illuminare dignetur ad scriben
dum que ad sanitatem humani generis conueniunt.
dehinc dirigere posteros qui huic adherebunt doctri/
ne vt eorum opera ad fines intentos felici prosperita
te deducat. ¶ Sed quoniam hic tractatus ad pluri/
mas se extendit egritudines : ⁊ cum paucis scriptis
omnibus egritudinibus satis fieri non possit(scienti/
fice dico). Ideo breuitati inherendo aliqua pretermit
tam generalia que in hac materia nedum vtilia sunt
verum necessaria.

¶ Et primo qđ loqui intendo cū viris doctis:qui pri
mo complexiones hominum annotabunt: regiones:
etates:tempora anni:formas:artes:virtutes:consue/
tudines: repletiones : ⁊ sinthomata de quibus prin/
ceps noster quarta primi capitulo tertio amplissime
tractat: ⁊ sine quibꝰ non bene posset medicus operari.

¶ Secundo premitto ꝙ plures sunt egritudines pen
dentes a multa ⁊ grossa materia que etiam aliquando
est in locis remotis:ad quam euacuandam fortiores
medicine aut pillule requirerentur q̃z iste quas infra
describere intendo. Et sic vbi isti casus reperient̄ lau
do procedatur cum digerentibus ⁊ euacuantibus for
tioribus : iuxta canones locis proprijs perquiren/
dis. Et si quid postea de materia remanserit. poterit
cum infrascripta doctrina ⁊ ordinandis pillulis eua/
cuari.

¶ Unum tamen commemoro quod guta cauat lapi/
dem ⁊c. ⁊ consequenter ꝙ stat etiam in multa mate/
ria has paulatinas euacuationes conuenire:maxi/
me dum coniungitur aliqualis virtutis debilitas : ⁊
eo maxime cuz princeps noster in locis q̃z plurimis
doceat materias grossas paulatine digerere ⁊ pau/
latine euacuare. Nec curo de multis allegatiōibus in
hoc opusculo.

¶ Premitto Tertio ꝙ licet in corpore temperato ⁊
debite recto pauce valde generentur superfluitates
ad quas euacuandas non requirerentur medicine cū
solum exercitium debite administratuz sufficeret. Iu
xta principis sententiam: tertia primi capitulo de ex
ercitio dum dicit.

¶ Exercitium est motus ⁊ cetera. ⁊ subdit. ad quē cōuersus s̄m sue equa litatis modū ⁊ hora sua nullo indiget medicaminū que in materialibꝰ egri/ tudinibus sunt necessaria.

¶ Uerum quia paucissima corpora temperata reperiū
tur:alia vero a temperamento lapsa plurima quorum
aliqua magis temperamēto proxima:aliqua vero ma
gis distantia aut per simplices complexiones aut cō
positas:tam totius corporis q̃z particulariuz mēbro/
rum omittendo etiam compositiones que non parum
faciunt in sanitate conseruanda ⁊ amissa recuperādas
que quidem corpora ita a temperamento lapsa etiam
naturaliter:licet per debitam administrationem rerū
non naturalium : etiam conseruari possint si sana sint
⁊ in sua naturali dispositione talia remanere per om/
nes suas etates. Tamē quia difficile est attingere me
dium. teste philosopho ethicorum primo. Si quis be/
ne considerat non bene regi corpus potest quin pecca/
tum accidat in quanto vel in quali ⁊ sic ne superfluita
tes alique generentur:dico etiaz vltra eas quas a qua/
libet digestione quantūcūqz naturali resecari oportet:
que quidem superfluitates ⁊ ita dietim paulatine cō/
geste tandem virtutem aggrauabunt ⁊ aliquam cau/
sabunt egritudinem s̄m humorum naturam ⁊ mem/
brorum suscipientium dispositionem. Hinc euenit ꝙ
aliqui passiones arteticas:alij dolores renales:intesti
nales:stomachi:epatꝭ:splenis:vesice:pectoris: guttu/
ris:lingue ⁊ aliarum partium capitis: febres:oppila
tiones:⁊ huiusmodi patiuntur.

¶ Premitto Quarto ꝙ pro preseruatione ab huius/
modi dispositionibus ⁊ remotione harum superfluita
tum:tam antiqui practici q̃z moderni ordinant vniuer
sales purgationes semel aut bis in anno quas ad veri
tatem non reprobo cum multis quodāmodo necessa/
rias videam:verum dico etiam aliquibus non prodes/
se: dico si fiant cum medicinis laboriosis aut scamo/
neatis vt faciunt cōmuniter practicantes. Nam cum
plurimi reperiantur hodiernis temporibus habētes
complexiones ⁊ stomachos debiles quibus certum
est medicinas scamoneatas:aut alias fortes ipsis esse
nociuas. certum est si talibus dentur huiusmodi medi/
cine:licet sequatur iuuamentum ex parte euacuatio/
nis:insurgit tamen nocumentum ex parte debilitatio
nis:quod forte erit prestantius iuuamento. ⁊ sic debili
tato stomacho cuz alijs virtutibus naturalibus sequi/
tur noua reaggregatio superfluitatuz: vnde infra pau
cum tempus erit reaggregata tanta materia ꝙ neces/
se erit aliam facere euacuationem ad quam etiam vl/
terior ⁊ maior sequetur debilitatio:⁊ sic noue materie
accumulatio. dico etiam procedente medico cum con
fortantibus quantum fieri poterit saltem in pluribus
ita continget:⁊ sic tandem virtus perducetur ad non
gradum.

¶ Isti sermões elici põt ex textu principis tertia primi doctri. scđa caplo. j. Et ad veritatem hec fuit causa que fantasiã meã excitauit ad consulendum ⁊ ordinandum pillulas in quibus nulla est venenositas: immo cõfortatio omniũ virtutũ que cõfortãdo euacuãt omni die aliquas superfluitates itavt nõ possit fieri in corpore tãta materierũ accumulatio que possit aut fouere aliquã preexistentẽ egritudinẽ aut aliquã de nouo inducere que nõ faciliter ⁊ cito sanetur.

¶ Et hanc credo fuisse mentem. d. Mesue in suo đ appropriatis capitulo de aloe. dum dicit.

nõ parũ ꝓdest singulis diebꝫ vti Aloe.

¶ Et qui assiduat acceptionẽ ei⁹ diebus ꝯtinuis nõ videt i corpore suo nec in instrũis sensuum suorũ egritudinez que nõ sit babilis sanari: ⁊ preseruat a putrefactiõe: ita ꝙ etiã cadauera ⁊c.

¶ Et nota ꝙ ista auctoritas non parum facit pro opinione mea videlicet ꝙ omni die possit pillula exhiberi vt latius infra deducetur.

¶ Uerum quia plures visi sunt contradicere ne pillule tales exhibeantur vt fuerũt in curia Illustrissimi do. ducis Britanie aliqui medici maxime. d. magister Oliuerius qui alias legerat in monte Pessulano vir sane doctissim⁹. Ideo volo hanc primo absoluere questionem. Utrum scilicet dari possit vna pillula elefangina: gratia exempli aut consimilis etiam in qua sit granum vnum vel duo reubarbari aut agarici trociscati vel similium ante cenam ⁊ continuando omni die. Et vt questio melius dilucideẗ arguo primo ad ptes.

¶ Et primo ad partem negatiuaz sic quia. Ex tali cõmixtione medicina attrahitur simul cum cibo ad venas ⁊ sic poterit sanguinẽ inficere aliqua mala q̃litate

¶ Secundo. In tali cõmixtione impeditur cibi digestio ⁊ operatio medicine cum natura non bene possit vtriqꝫ vacare: ⁊ sine natura: nec cibi, digestio: nec medicine operatio fieri potest.

¶ Tertio. Id non est fiendum quod est causa descensus cibi a stomacho ante ipsius digestionem: sed exhibitio pillule ante cibum est multotiens causa huiusmodi descensus: ergo non est exhibenda: consequentia nota cum maiori: ⁊ minorem dicunt multi se vidisse ad experientiam ꝙ post talem exhibitionem ante cenam de mane videbant vnam partem egestionis aut chilosaz aut cibalẽ: sicut etiã egomet aliq̃n vidi.

¶ Quarto arguitur sic. Tales pillule notabiliter tendunt ad calidum. sed multa sunt corpora quorum cõplexio excessiue calida aut habentia stomachuz calidũ aut epar aut cor aut renes: ⁊ sic etiam in febrientibus ⁊ alijs preternaturaliter ad calidũ discraxiatis in quibus iste pillule nullo modo conuenire videntur: quia discraxia calida augeretur.

¶ Quinto. In regiõibus calidis tempore calido etate calida maxime si regimine calido vtantur etiam nõ conuenire videntur.

¶ Sexto. De natura aloes est aperire venas sꝫ multa sunt corpora in quibus est periculum de apertione vt sunt mulieres apte incurrere superfluum fluxum menstruorum: ⁊ homines superfluum fluxum emoroydarum: in quibus casibus aloes maxime cũ illis speciebus elefanginis posset: imo de facto superflue prouocaret quare saltim in istis casib⁹ minime cõueniret.

¶ Septimo arguo auctoritate principis quarta primi capitulo quinto, vbi prohibet medicinam cõmisceri cum cibo dum dicit.

¶ Oportet ergo ne medicie potator comedat vel bibat donec medicina suam perficiat operationem.

¶ Et sic non erit cõmiscenda cum cibo.

¶ Octauo arguo auctoritate Mesue in capitulo de aloe dum dicit.

¶ Est de tarde solutionẽ facientibus quare oportet vt sumẽs ipsum cibari differat.

¶ Et sic cum cibo misceri non debet.

¶ Nono arguo auctoritate principis ⁊ Mesue in capitulis proprijs de aloe: vbi ꝓhibẽt ipsum exhiberi tẽpore frigido quare videẗ saltꝫ nõ omni tpe cõuenire.

¶ Decimo arguo ꝙ non omni die ex textu principis quarta primi capitulo quinto: dum dicit.

¶ Amplius nature nõ est faciẽda cõsuetudo bibẽdi medicinã cũ qua sit necesse mollificare ventrẽ: qꝛ fieret consuetudinaria: ⁊ boc babẽs ad impedimentum mali finis proueniet.

¶ Et sic non omni die est exhibenda.

¶ Undecimo arguo etiaꝫ auctoritate principis tertia primi doctrina secunda capitulo primo dum docens necessitatem euacuationis nisi fiat exercitium dicit.

¶ Nobis necesse est ergo eas ꝓculdubio euacuare. earũ autẽ euacuatio ꝺm plurimũ nõ cõpletur nisi cũ medicinis fiat venenosis que ꝓculdubio naturam debilitãt: que etiã si venenose non essent non posset esse quĩn eas bibere nature laboriosum esset.

¶ Ecce quomodo medicine etiã non venenose laborem prestant: ⁊ sic nõ omni die conueniunt.

¶ Isti ⁊ cõsimiles auctoritates ⁊ rõnes induxerunt ⁊ presentialiter inducunt plures medicos ad non assentiendum dationi istarum pillulaꝝ ante cibum: ⁊ multominus omni in die.

¶ Ad partẽ tñ appositã est primo experiẽtia rerũ magistra. Naꝫ totiens ⁊ tã longo tpe exhibui dictas pillulas in Italia ⁊ ptibus vltramõtanis: vt in sabaudia burgũdia: alamania: flandria: britania: ⁊ francia in quibus omnibus ꝓuincijs practicãdo exhibui nec reperi de centũ vnũ cui fecerint nocumẽtũ: ⁊ sunt hodiernis tẽporibus mille homines saluo pluri qui ipsis pillulis dietim fere vtunẗ reperiẽtes notabile iuuamentum. Nec credat aliquis eandem esse receptam. nam vt apparebit notabiliter variantur.

¶ Probo etiaꝫ ratione sic. id exhiberi põt qđ aliquid de superfluo euacuat sine aliquo nocumẽto: imo cum cõfortatione omniũ membroꝝ. sed talis est vel esse potest hec pillula: ergo ⁊c. consequentia nota cum maiore: ⁊ minor pꝫ ex presupposito ⁊ clara etiã apparebit in responsione argumentorum.

¶ Nunc arguo auctoritatibus. Et primo Nicolai qui in suo antidotario componit pillulas ante cibum ⁊ post cibum in quibus aloes etiam non iotus ingreditur: ⁊ reubarbarum in satis bona quantitate: si ergo ille

go ille concedi possunt ergo ⁊ pillula elefangina ⁊ ante ⁊ post cibum.

¶ Item princeps noster prima tertij illo elegantissimo capitulo. Cum materiaꝫ. describens pillulas asayeret docet ipsas exhibere eunti dormitum licet aliqui glosent sine cena. vsus tamen communis practicantium exhibet post cenaꝫ etiam cibo existente in stomacho. Et ꝙ post cenam possit exhiberi pillule: patet auctoritate Joannis damasceni in afforismis suis dum dicit sic.

¶ Cuꝫ quis vult purgare caput aut cerebrū aut instrumenta sensuū pillulis maioribꝰ idest grossioribus ⁊ post cenā eunti dormitū datis faciēdū est.

¶ Et similis fere sententia habetur a Rasi sexta particula suorum afforismoꝝ dum dicit.

¶ Medicinas accipere q̄ caput purgant post cenam cū dormiendi est tēpus magis est conueniens.

¶ Item Mesue in antidotario describens pillulas lucijs maiores dicit ꝙ presumitur super ipsis etiam sine abstinentia: nec potest melius intelligi q̄ꝫ de cibo: ergo ⁊ ante ⁊ post exhiberi possunt. ⁊ certum est ipsas esse fortiores q̄ꝫ sint pillule elefangine: vt patet inspicienti descriptionem.

¶ Item inde Mesue in capitulo de aloe dicit.

¶ Et qui assiduat acceptionem eius diebus continuis nō videt in corpore suo nec in instrumētis sensuum suorū egritudinem que non sit habilis sanari: ⁊ sic patet ꝙ possumus vti omni die: ⁊ per consequens a fortiori pillulis elefanginis.

¶ Arguo nunc ꝙ possint cōmisceri cum cibo: auctoritate principis secundo canonuꝫ in capitulo de aloe. dum dicit.

¶ Et quando assumūtur de eo mane ⁊ sero pillule permixte cum rectificātibus ipsum soluunt ventrē ⁊ non corrumpunt cibum.

¶ Nescio si possent clarius loqui maxime cuꝫ species elefangine sint d̄ rectificātibꝰ ipsum aloes si rectificatione indiget: vt vult Mesue in cap̄lo proprio. Item princeps in quinto canonis tractatu nono describens pillulas fetidas alchindi. docet ipsas exhiberi in principio noctis cū aqua tepida: ⁊ dicit.

¶ Et sit super eas pulus conditus.

¶ Ecce quomodo ante cibuꝫ ⁊ in ipsis ingreditur turbith quare ⁊c̄. Item ibidem per mediam colūnam describens alias pillulas dicit: dantur cum vino ante cibum: ⁊ precipit ꝙ cibetur hora sua.

¶ Item infra per vnam colūnam describens pillulas fili vberet dicit.

¶ Et bibūtur omni die ac nocte hyeme ⁊ estate. Et tamen ingredit̄ aloes turbith ⁊ salgēma.

¶ Preterea Moderni omnes practicantes exhibent ʒ. j. vel circa cassie ante cibum licet dicāt aliqui ꝙ cassia potest conuerti in nutrimētum non sic autem pillula. hoc non obest quia medici ipsam exhibentes non querunt ꝙ conuertatur in nutrimētuꝫ: sed ꝙ euacuet aut leniendo aut etiaꝫ a proprietate. Sed vide qualis est proportio vnius vncie cassie ad vnam pillulam ex quibꝰ fiunt. vij. d̄ vna dragma cōmuniter. dico de istis pillulis que exhibentur ante cenam. vnde cum valde magis apta sit cassia ad deponēdum cibum indigestū lubricando q̄ꝫ possit pillula relinquitur ꝙ valde tutius pillula exhiberi possit q̄ꝫ cassia. Istud argumētuꝫ, licet persuasiuū sit fecit tñ aliquādo mutare sn̄iam aliquoꝝ medicoruꝫ qui nullo pacto assentire volebant: vt etiaꝫ vna sola pillula daretur ante cenam.

¶ Preterea moderni practicantes de quorum numero fuit ⁊ forte primus Bartholomeus de montagnana in consilijs suis elegantissimis non in vno solo: sed in pluribus cōmendat vnius pillule exhibitionem ante cenam maxime contra stipticitatem ventris ⁊ in multis alijs casibus. ⁊ claruꝫ est ꝙ ipse etiam fortiores cōcedit q̄ꝫ sint pillule elefangine: imo ī aliquibus apponit diagredium quod tamen ad veritatem facere non audeo. Auctoritas tamē tanti viri cogit ad assentiendum ꝙ nocere nō possit maxime quādo in valde modica quātitate poneret̄. quicquid tamen sit sufficit ꝙ pillula elefangina nō cōmixta alicui medicīe veneno se exhiberi potest ⁊ ante ⁊ post cenam.

¶ Plures alie rationes ⁊ auctoritates adduci possent pro hac parte quas gratia breuitatis omitto ⁊ sic videtur questio dubia.

¶ Respondendo igitur ad questionem credo partem affirmatiuam questionis esse veram presuppositis his que superius dicta sunt: ⁊ his que dicentur in responsione argumentorum partis negatiue: quibus solutis manifeste apparebit quāta vtilitas sequi possit ex vsu istarum pillularum ⁊ sine nocumento ⁊ si per aliquod erit multominus erit iuuamento.

¶ Ad primum igitur dum dicebatur ꝙ ex tali cōmixtione medicina attrahitur simul cum cibo ad venas ⁊ sic poterit inficere sanguinem aliqua mala qualitate ⁊ alios humores. dico duobus modis. Primo ꝙ non est necessarium ꝙ ista pillula trahatur cuꝫ chilo ad venas: quia non tantuꝫ cibo cōmiscetur vt oporteat vnū trahi cum reliquo: ⁊ causa est: q̄ assumpta pillula: tuꝫ propter ipsius grauitatem: tum propter figuram suam sphericam cito trāsit ad fundum stomachi vbi cōmuniter reperiuntur aliqui humores maxime flegmatici cum stomachus sit lacuna flegmatum ⁊ cum illis bene cōmiscetur: superueniente postea cibo ibi dissoluit̄ ⁊ stat donec perfecta digestione aperiatur portanariū ⁊ tunc egreditur pillula cum illis humoribus aut aliqua ipsoꝝ parte cum quibus cōmixta ⁊ inuoluta erat ⁊ sic nō attrahitur per meseraicas cum non sit res multum attrahibilis ratione conuenientie nec tantuꝫ cibo commixta ꝙ vt supra necesse sit ipsam simul attrahi. ⁊ idem dico dum erit in intestinis.

¶ Aliter dicere possum ꝙ etiaꝫ si attraheretur aut s̄m partez: aut s̄m totum ipsa tamen non inficeret sanguinem nec alios humores. Primo aliqua qualitate venenosa cum nullā in se habeat nec etiā qualitate manifesta: tum propter ipsius modicaꝫ quātitatem: tum etiam q̄ cum dubitamus de supercalefactiōe ex parte complexionis naturalis aut accidētalis regionis tēporis aut similium cōmiscemus cū dictis pillulis aliqua infrigidantia: vt manna tamarindi vt infra videbitur

⁊ sic calefacere non poterit.

¶ Ad scđm dum dicebat ꝙ impedit digestio cibi. Negatur: imo potius iuuat merito aromaticitatꝭ speciez elefanginaꝝ. Nec diuertit natura a digestione pp illā paruam pillulā que vt supra manet in fundo stomachi ⁊ pauca indiget actuatōe: imo calor nālis digerēdo cibuz actuat pillulā: ⁊ sic facile est nature vtrūqz facere.

¶ Ad tertiū dico ꝙ illa pillula nō faciet descēdere cibum indigestū: imo potiꝰ iuuabit ad celebrādā digōnez pp aromaticitatē vt supra: nec ita sunt stimulatiue virtutis vt cogāt stomachū expellere nō digesta.

¶ Ad experientiā aūt p alios: ēt p me aliqñ visum. dico hoc cōtingere posse pp multā humoꝝ repletionem incitantē expulsiuam stomachi ad expellendum: vnde exeuntibus humoribꝰ alique partes cibi que nondum digeste erant simul exeunt: ad qđ etiaz aliquādo iuuat stomachi debilitas. Et ideo dum video similes casus aut desisto p aliquos dies: aut addo de mastice in satis bona dosi: aut de mirabolanis: aut de vtriusqz: ⁊ tūc secure procedit. Preterea multa reperio corpora exuberantia in comedendo notabiliter a quibus ēt si aliqua portio cibi nōdum digesti expelleretur. nedū non noceret: imo manifeste prodesset.

Mastix et mirabola[ni] in stoma[cho] ...

Aliqñ indigesta expellere e stomacho nō oberit.

¶ Ad quartum ⁊ quintū simul respondeo. Et primo ꝙ ista parua pillula nō potest notabiliter calefacere cū ibi valde modicū sit de multitudine forme penes quā actio rei attenditur. Secundo dico magis medicinaliter ⁊ practice ꝙ medicus in ordinādo has pillulas cōsideret aut considerare dz: vt supradixi in responsione primi argumēti cōplexiones vniuersales ⁊ particulares tam naturales q̄z accidētales ⁊ alia de quibus in primo presupposito dictum est. Et sic ƀm exigentiā ordinat pillulas suas cōmiscēdo tamarindos ⁊ alia īfrigidantia vt supra. de febricitātibꝰ vero dico ꝙ in istis raro exhibent. Sed canonice ꝓcedi dz ƀm doctrinam principis prima quarti maxime in continuis ⁊ puris tertianis qm̄ in non puris signanter in multū elongatis a puris ⁊ alijs interpollatis: vt sunt quartane ⁊ alique flegmatice. reperi multotiens singulare iuuamētū dando vnam ante cenam diebus interpollationis vel quietis dūmodo sit bene cōditionata considerādo materiam: cōplexiones: ⁊ alia vt supra.

Raro exhiber[i] pillul[as] febricitantibus.

¶ Ad sextum de natura aloes est aperire venas ⁊c. Dico prīo ꝙ aloes qui ingredit dictas pillulas est lotus. ⁊ sic sunt resolute ille ptes subtiles que faciūt ad apertionem venaꝝ. Scđo dico ꝙ cū tales casus occurrūt in quibus est periculū apertionis venaꝝ: nō contenti de sola lotione aloes: cōmiscemꝰ etiā iuxta doctrinam Mesue aliqua prohibētia: vt bdeliuz: gūmi arabicum dragagātū masticē ⁊ talia que faciliter resistēt suprascriptis nocumētꝭ. ⁊ sic sequi pñt iuuamēta sine nocumentis. Tertio dicere possum ꝙ in illis casibꝰ possunt dimitti: de hoc ēt infra videbitur.

Aloes lotus nō adaperit venas ...

¶ Ad septimum dum arguitur auctoritate principis quarta primi.

¶ Opz ergo ne medicine potator ⁊c.

¶ Dico prīo ꝙ verba principis sonāt de medicina potabili. Sed credo ītellexerit de medicina laboriose soluente in qua sit aliqua venenositas: qꝛ talis attracta cum chilo ad epar ⁊ venas inficeret: aut inficere posset sanguinē aut alios humores aliqua mala qualitate ⁊ sic nocere posset ipsuz cibum inficiēdo. de ista aūt pillula secus est vt patet.

¶ Et si volumus saluare Montagnanaz qui apponit aliquādo dyagrediū: possumus dicere ꝙ ponit in taz modica quātitate ꝙ nocere nō pōt. princeps aūt intelligit de modica venenosa in notabili vel cōi quātitate vt dixi. Et siquis replicādo diceret ꝙ in tam modica quātitate nō opabit. ⁊ sic nullū seqtur iuuamētū. Possumꝰ dicere ꝙ lz merito modice q̄ztitatis ex se nō euacuaret tñ poterit fortificare virtutē solutiuā aloes sicut faciunt species elefangine ⁊c.

¶ Ad octauum auctoritate Mesue.

¶ Sumens ipsum cibari differt ⁊c.

¶ Dico ꝙ Mesue intelligit qñ volumus dare notabilem quātitatē ⁊ dosim cōem vt dragmaz vnā vel duas ex q̄ expectaremꝰ notabilez ⁊ ordinatā euōnez: tūc deberet differri cibus: nō sic est in casu nr̄o. Etiā possumus dicere ꝙ intelligit de aloe puro ⁊ solo. in pillula aūt nō est solū aloes. Utraqz rñsio satisfacit.

¶ Ad nonū qꝛ Aui. ⁊ Mesue ꝓhibēt exhiberi tpe frigido. Credo intelligāt in magna quantitate: qꝛ dubitant apertionez venarum facta reclusione caloris ad intra: ⁊ maxime si puruz exhibeat: sed hic multa essent dicenda que transeo.

¶ Ad decimuz ꝙ non omni die textu principis quarta primi.

¶ Non est facienda cōsuetudo ⁊c.

¶ Dico primo ꝙ princeps loquitur de medicina potabili. Nam dicit cōsuetudo bibēdi medicinā ⁊c. Nos aūt loquimur de pillulis. Sed qꝛ princeps aliqñ dicit pillulas esse bibēdas. dico secūdo ꝙ natura nō est fienda ꝯsuetudinaria ad aliqua violentantia vt essent medicine fortes ex quarū frequenti vsu deueniret ad exitum mali finis. Etiam princeps dicit cum qua sit necesse mollificare ventrem. vnde siquis vellet quottidie mollificare ventrem cū cassia deueniretur ad exitum mali finis. Sed ꝙ non possumus assuescere istis medicinis benedictis quaꝝ vsu etiam quotidiano sequi possunt plurima iuuamēta princeps nō ꝓhibet: sicut non ꝓhiberet vsum quotidianuz aromatici rosati aut similium. Uerum qꝛ dicit ab eo ꝙ consuetum est non fit passio. videtur adhuc stare difficultas ꝙ non sint continuande: quia nihil tandem operabūtur. Dico inherendo superius dictis ꝙ ista pillula non obstāte continuatione operabitur. sic etiam ex continuo vsu aromatici rosati stomachus frigidus ⁊ humidus semp confortabitur. Et sic dico ꝙ auctoritas principis intelligitur ꝙ a rebus fortiter aut violenter imprimētibus continuatis tandem natura nō patitur. Et hac ratione precipit quarta primi non esse standum super vna medicina. Et sic etiam. xvj. tertij precipit medicinas vermium variari. Et sic voluerunt aliqui venenū propter assuefactionē non ledere. Non sic autē de istis medicinis benedictis que ⁊ similies approximent eundem aut cōsimilez semper effectum inducūt: vt de aromatico rosato supradixi. Et ꝙ me mouet ad sic dicendum est quotidiana experientia tam in persona ꝓpria q̄z in alijs. Primo eniz in me ipso: iam annos septem dum vidi me intrasse senectutē: ⁊ cōsequēter virtutes oēs in dies magis debilitari arguebā: ꝙ ex necessitate stante equali regimine oportebat in me plures solito generari superfluitates. ⁊ cōsequēter ꝙ in aliquā inciderem egritudinē nisi harum superfluitatū fieret euacuatio. Et sic tutius agendo incepi capere de istis benedictis pillulis cōplexioni mee appropriatis q̄ tam a principio q̄z in medio etiā tempore ꝓ̄senti quasi vniformiter operate sunt ⁊ ꝓ̄sentialiter operatur. Nec dubito me perseruarūt a multis egritudinibus in quas

indubitāter

indubitãter incidissem attentis itinerationib⁹ longis per montes ⁊ alijs etiã inordinationib⁹ in modo viuẽdi. Nam in quãto ⁊ quali me aliqñ ⁊ sepe peccasse cõfiteor occurẽtibus etiã accidẽtibus aĩe non mediocriter excessiuis. Idem ẽt accidisse conspicio in pluribus alijs in quibus dicta pillula eque bene nunc operatur vti in principio faciebat.

❧ Ad duodecimũ qui est textus principis tertia primi qui dicit ꝙ bibere medicinas etiã non venenosas est laboriosum nature. dico ꝙ sumere medicinas etiã non venenosas est laboriosum nature vbi sumant̃ in tãta dosi ꝙ possint euacuare. gratia exempli agaricus describitur ab Auicẽna in de viribus cordis inter medicinas cordiales: tamẽ siquis caperet vnam vel duas dragmas maxime omni die: certũ est ꝙ esset laboriosum nature. nõ sic aũt est de ista pillula.

❧ Preterea princeps loco allegato docens necessitatem euacuationis q̃r ex necessitate in corpore etiaʒ debite recto generant̃ superfluitates vt ibi ostendit vult ꝙ euacuatio istarum superfluitatũ aut ipsorum resolutio est ꝯuenientior per exercitium q̃ʒ per medicinã. si fiat dicit ẜm sue equalitatis moduʒ ⁊ in hora ⁊c̃. Sed quis est hic ⁊ laudabimus eum. qui ita mensuret vitã suam quin generẽtur superfluitates ad quas euacuãdas non sufficeret exercitium.

❧ Nolo tamẽ negare possibilitateʒ quin bene possent superfluitates que in aliquo corpore generãtur per solum exercitiũ resolui. sed hoc est de possibilib⁹ longinquis. Sufficiat pro nunc ꝙ princeps vr̃ cõparare euacuationeʒ superfluitatuʒ per medicinas ad eãdem que fit per exercitium. ⁊ dicit istam meliorẽ de quo nõ dubito. Sed q̃r vt in pluribus solum exercitiũ non sufficit. Ideo laudo visum istaruʒ pillularũ quas princeps non diceret esse laboriosum.

❧ Spero plures rationes ⁊ auctoritates adduci possent pro parte negatiua ad quas tamẽ facile est respondere cũ fundamentis iam dictis.

❧ Restat inuestigare causas vnius cõtingentie quaʒ reperio in hac materia ⁊ erit in forma problematis. propter quid est: ꝙ si hec pillula exhibeat̃ ante cenam ĩmediate facit operationẽ cõuenientẽ. Si autem exhibeatur per vnam vel duas horas ante cenaʒ vel ante prandiũ non operatur vel saltim nõ eque bene. Ueritas problematis colligitur ad experientiam. Nam milies in actu practico hoc vidi.

❧ Hoc problema fecit me quãdoqʒ cogitare. Sed dicere possumus. ꝙ duʒ hec pillula exhibetur per duas horas ante cibum stante stomacho vacuo calor naturalis non habens aliud obiectum in qd̃ agat: agit in ipsam pillulam que propter ipsius debilem resistentiã faciliter spoliatur sua pauca virtute solutiua. ⁊ sic cessat operatio: vel saltim diminuit̃. Si autem statim succedat cibus stomacho ipsum amplectente calor naturalis agit in ipsum. ⁊ sic pillula nõ sustinet totam caloris naturalis actionem. sed vt supra manens in fundo stomachi paulatine liquefit ⁊ actuatur. ⁊ sic facta digestione ⁊ aperto portanario egreditur cuʒ aliquibus humoribus in fundo stomachi existentibus: ⁊ cuʒ ista etiam parua virtute solutiua potest mũdificare intestina. Nec credo ꝙ virtus sua attractiua se extendat ad membra remota: sed soluʒ ad extremitates meseraicarum in quibus frequenter alique superfluitates continentur que possunt faciliter euacuari etiã a debili medicina ⁊ maxime si virtus expulsiua meseraicarum fortis fuerit: quia tunc paucum sufficit adiutoriũ vt vult princeps decimaquarta tertij in capitulo cure oppilationum epatis dum dicit.

❧ Et qñqʒ mẽbro si virtuosuʒ est sufficit quodlibʒ adiutoriũ ad expellẽdũ.

❧ Et ista etiaʒ põt esse cã ꝙ plus euacuat in assuetis capere pillulaʒ q̃ʒ in nõ assuetis: qm̃ natura pcipiens ꝙ per illas extremitates meseraicaꝝ fit suauis euacuatio superfluitatũ temptat cõtinue ad ipsas extremitates aliquid superfluitatis transmittere.

❧ Et sic videre possumus rationeʒ apparẽtie inducte per pillulam ẽt cõtinuatã ꝙ non dimittit ipsius operationeʒ ĩmo potius per ꝯtinuationẽ auget̃ operatio. stante dico materia euacuanda. Et sic ad auctoritateʒ principis est satisfactũ. Et tu more Gentilis cõsidera siquẽ habes alium modum dicendi.

❧ Hec questio cuʒ suis dependentijs more digressionis proposita ⁊ ventilata fuit vt omnes aperte magis ĩtelligant fundamẽta quibus moueor ad has pillulas ordinandas: ⁊ ad hunc tractatũ perficiendũ quẽ Pillularium nominare volui. in quo statui describere pillulas q̃ vnicuiqʒ egritudini accõmodari poterũt. Nec describam compositionẽ illam singularissimã pillularum elefanginarũ me remittens ad illam quã bonus Mesue facit in suo de appropriatis distinctione decima capitulo primo. Quã quidem ⁊ ipsas pillulas ꝓpter ipsarum excellentiam ita elegi vt de ipsis basim faciam fere in omnibus receptis fiendis. Ueruʒ quia declinant non parum ad calidum: facio ipsas multotiens alterari cũ mãna: tamarindis: aut mirabolanis: ⁊ similibus vt infra videbitur. ⁊ magistraliter tempore compositionis pillulaꝝ addi facio. ℥. iij. vel. iiij. succi endiuie pro qualibet libra pillularum ⁊ facio exiccari ad solem. Et appello ipsas pillulas elefanginas cum succo endiuie ⁊ reperio ipsas valde vtiles in casib⁹ in quibus dubito supercalefactionẽ ⁊ maxime in temporibus ⁊ complexionibus calidis.

❧ Incipiam igitur cum Dei auxilio describere pillulas vnicuiqʒ complexioni pro conseruanda sanitate ⁊ preseruatione ne in egritudines labantur. Quas tamẽ receptas variare oportet ẜm etates virtutes tempora anni ⁊ alia superius dicta que medicus preoculis semper habere debet. Et poterunt iste pillule fieri maiores aut minores ẜm qd̃ operabuntur.

❧ Pillule conuenientes sanguineis.

❧ Recipe pillularum elefanginarũ cum succo endiuie. ʒ. iij. mãne granate. ʒ. ß. tamarindoꝝ. ʒ. j. misc. diligenter cum modico sirupo vio. formando. vj. vel. vij. pro. ʒ. capi potest vnam ante cenam.

❧ Pillule conuenientes colericis.

❧ ℞. pillularũ elefanginaꝝ cum succo endiuie. ʒ. iij. reubarbari electi. ʒ. ß. spice gra. iiij. tamarindoruʒ. ℈. iiij. misc. cũ sirupo violato si expedit fiant. vj. vel. vij. ꝓ ʒ. de quibus capi potest vna ante cenã ĩmediate. dico notãter si expedit. ⁊ ita sepe dicaʒ inferius: q̃r multotiens humiditas tamarindoꝝ sufficit ad incorporandum ⁊ reducendũ ad bonam formã: ⁊ tũc non opʒ apponere sirupum vio. q̃r fieret massa nimis liquida. hoc ergo notet̃ etiã pro receptis sequẽtibus.

❧ Pillule conuenientes flegmaticis.

¶ Recipe pillularuz elesanginarũ.ʒ.iij.agarici trociscati.℈.ij.masticis.℈.j.misc.cũ melle rosato fiãt.vj.vel.vij.pro.ʒ.⁊ da vnam ante cenam.

¶ Pillule conuenientes melancolicis.

¶ ℞ pillularum elesanginaruz.ʒ.iij.polipodij cohercini non corosi.folliculorum sene.ana.℈.j.masticis.℈.ss.misc.cum sirupo de fumoterre faciendo.vj.vel vij.pro.ʒ.⁊ da vnam ante cenam. Et iste sunt recepte cõmunes merito complexionuz naturalium: ⁊ prudẽs medicus poterit multas alias consimiles componere. Nunc venio ad ordinationez pillularum que sunt perseruatiue ab egritudinibus: ⁊ que etiã valebunt non parum in cura. Et primo incipiam a soda cum plures sint qui sodam paroxysmaliter patiũtur. Sed quoniaz soda prouenire potest a sola mala complexione sine materia: de ista hic loqui non intnedo.cum pillule parum aut nihil conferre possent. In ea autem que materialis est que aliquando est per essentiam aliquando per cõmunitatem.oportet videre que per cõmunitatem a quo membro: ⁊ illi attendere ponendo semper in pillulis aliquid quod aspiciat illud membrum quẽadmodum videbitur statim. Si vero sit per essentiaz aliquãdo sit a sanguine: ⁊ tunc alijs consentientibus conuenit flobotomia aliquando ab alijs humoribus.⁊ tunc si medicus videt notabilem repletionem vniuersalem aut particularem: debet facere euacuationes expectando distegionem si egritudo dat inducias: quia si materia esset furiosa aut multa deberet etiam non digesta euacuari. Signa vero quibus ista cognosci possunt hic ponere non intendo: sed proprijs locis requirantur. Nam nimis prolongarem. Etiam vt supradixi intendo loqui cum viris doctis qui requirere scient. Volo solum describere pillulas que valebunt ad aliqualem euacuationem materierum existẽtium in capite vt in cerebro ⁊ pãniculis suis ⁊ ad prohibendum aggregationem dictarum materierum vt hic dolor paroxysmaliter non redeat: ⁊ si presens sit etiam remoueatur aut saltim remittatur presupposita vt dixi vniuersali purgatione si necessaria fuerit ⁊ regimine conuenienti. Et ista que nunc dicta sunt de soda intelligãtur ẽt in alijs egritudinibus infra dicendis.

¶ Si ergo fuerit materia colerica in causa sode valde conuenirent pillule asayaret quas princeps describit prima tertij illo ellegantissimo capitulo. Cũ materiã. ⁊ licet princeps ponat descriptionem ingredientium nõ tamen dosat.verum Gentilis verus Auicẽne secretarius dosat hoc modo.

¶ Recipe pillule hyere.ʒ.ij.mirabolanoruz: citrinorum: masticis.ana.ʒ.j.aloes ad pondus omniuz ⁊ possunt confici cum melle rosato: aut cum sirupo violato secundum exigentiã. Et precipit princeps dari pillulam magnam vt cum mora perficiat operationez: ⁊ quod detur eunti dormituz: ne motus ⁊ vigilie impediant earum operationez. Et sic diceret iuuenis quod super leui medicina est dormiẽduz: vide si vis pulchras bonas ⁊ breues difficultates Gentilis in hoc passu: quia nõ intendo prolongare sermones.verum dicit princeps loco allegato si volumus vt educant materiã flegmaticam possumus addere stichados,turbith agaricum ⁊ similia. Et ex hoc textu accepi audaciam ponendi turbith sed in modica quãtitate vt apparebit inferius.princeps etiam docet addere scamoneã si volumus coleraz euacuare: sed vt supra non audeo permiscere scamoneam maxime si pillula debet cõmisceri cuz cibo.hoc tamẽ non parũ facit ad excusationẽ Montagnane cuz dicit textus quod detur eunti dormitũ. Licet vt dixi aliqui exponãt eunti dormitũ: videlicet sine cena.sed nolo etiã hic me vlterius extendere. Si vis tũ illum doctorẽ ita notabilem excusare faciliter facies.

¶ Et ad veritatem iste pillule conuenientissime sunt materia existente in capite. Nam fit euacuatio paulatiua materie coniuncte ⁊ etiam materie antecedentis. Interim etiam si oportebit poterit digeri materia cum sirupis ⁊ alijs iuxta doctrinam principis signanter in illo capitulo.

¶ Cum materiam.

¶ Particulariter nunc magis descendendo cuz soda est per cõmunitatem stomachi consideretur que materia peccat in stomacho ⁊ secundum illam ordinentur pillule. Et sic dico de alijs mẽbris apponẽdo semper aliquid in pillulis quod habeat respectuz ad illud membrũ: vnde sic facio ⁊ primo incipiendo a stomacho.

¶ Pillule contra sodam per cõmunitatem stomachi a materia colerica.

¶ Recipe pillularum de hyera simplici pillularuz elesanginarum. ana.ʒ.j.ss. reubarbari electi.ʒ.ss.tamarindorum.ʒ.j.mane granati.℈.ij.misc.diligenter ⁊ cum sirupo viol.si expedit fiant sex vel septem pro.ʒ. ⁊ si vis potes addere tria grana spice ⁊ potest capi vna ante cenam faciendo ipsam grossiorez vel minus grossam secundum quod operabuntur: quia satis est quod aliqualem faciant operationez maxime continuãdo. Et hec particula faciendo ipsam grossiorez ⁊c. intelligitur in omnibus receptis tam factis quam fiendis: quia non oportet semper replicare.suprascripta descriptio bona erit pro potentibus ⁊ nobilibus.pro alijs autem facere potes vt infra.

¶ Recipe pillularum elesanginarũ.ʒ.ij.pillularuz de hyera simplici.ʒ.j.tamarindorum.ʒ.j.ss.mirabolanorum citrinorum.℈.j.confice cum succo rosarum.vj.vel.vij.pro.ʒ.da vnam ante cenam continuando.

¶ Pillule alie in soda stomaticha a materia frigida.

¶ ℞ pillularũ elesanginarũ.ʒ.iij.agarici trociscati.ʒ.j.stichados mirabolanorum chebulorum.ana.℈.ij.masticis.℈.j.misc.cum melle rosato fiat vt supra.

¶ Pillule alie in soda stomaticha a materia melancolica.

¶ Recipe pillularum elesanginarum.ʒ.iij.polipodij electi soliculorum sene.ana.℈.j.masticis.℈.ss.misce.cuz sirupo viol.vel de fumoterre confice pillulas: ⁊ da vt supra. Et iste pillule etiam conuenirent vbi soda esset per cõmunitatem splenis.

¶ Pillule alie ad sodam stomatichã a materia frigida ⁊ sunt multum stomatiche.

¶ ℞ pillularum masticinarum descriptione Conciliatoris quarum descriptionem infra videbis.ʒ.iij.mirabolanorum chebulorum.ʒ.j.confice cum melle rosato ⁊ da vt supra.

¶ Omitto apostemata cerebri ⁊ pãniculorum suorũ: appoplexiaz: ⁊ similes egritudines in quibus iste pil-

lule

ſule parum ꝓdeſſe poſſent: ⁊ ideo in talibus egritudi/
nibus eſt ad ꝓpꝛia capitula recurrendū.
¶ Quia tñ vidi vſum iſtarum pillularum aliquādo cō
ferre in diſpoſitiōibus melācolicis: ideo aliquas po/
nam deſcriptiones quas valere expertus ſum.
¶ Et pꝛimo in mania vel melancolia pꝛoueniente a
materia melancolica ex aduſtione colere que lꝫ ſit mala
⁊ indigens foꝛtioꝛibus auxilijs tamē iuuare ſolēt qua/
rum deſcriptio talis eſt.
¶ ℞ pillularum elefanginarū cū ſucco endiuie. ʒ. iij.
ſ. thimi epithimi ana. ℈. i. reubarbari electi. ℈. ij. fo/
liculoꝝ ſene. ℈. ſ. ſpice ſemen aniſi ana. gra. iiij. tama/
rindoꝛum. ʒ. i. maſticis. ℈. i. confice cū ſyrupo viol᷑. aut
de fumoterre ⁊ da vt ſupꝛa.

¶ Pillule in melancolia ꝑ aduſtionē flegmatis q̄ etiā
valent ſi ꝓueniat a melancolia naturali.

¶ ℞ polipodij cohercini non coꝛroſi. ʒ. i. agarici troci/
ſcati. ʒ. ſ. foliculoꝛū ſene tartari loti ana. ℈. i. pillularū
elefanginarū. ʒ. iii. ſ. maſticis. ℈. i. Et ſi vis ipſas foꝛ/
tioꝛes adde lapidis lazuli bñ loti iuxta doctrinā Me/
ſue gra. xij. vel. xv. cum ſyrupo vel ſucco fumiterre cō/
fice pillulas. ⁊ da vt ſupꝛa. Sed nō ponas lapidē lazu/
lini ſi in coꝛpoꝛibus bñ robuſtis.
¶ In epilenſia que etiā cōmuniter eſt egritudo paro/
xyſmalis multotiens conueniunt iſte pillule ſaltē ad
pꝛolongandum aduentū paroxyſmoꝛuꝫ ⁊ ipſos abbꝛe
uiandos aut alleuiādos: vel ſit egritudo per eſſentiaꝫ:
vel per cōitateꝫ membꝛoꝛum inferioꝛuꝫ vt ſepe vide/
mus: ⁊ tunc ſemper ponendū eſt qđ reſpectum habeat
ad illud membꝛum. Et quia plurimuꝫ pꝛouenit a ma
teria flegmatica aut groſſis vapoꝛibus ab ea eleuatis
ideo incipiam ab ea.

¶ Pillule contra epilenſiam a materia flegmatica per
eſſentiam in cerebꝛo.

¶ ℞ pillularum de hyera ſimplici pillularum elefangi
narum ana. ʒ. iii. agarici trociſcati. ʒ. i. ſ. ſeminis ⁊ radi
cis peonie ana. ℈. i. mirabolanoꝛum kebuloꝛum. ʒ. i.
maſticis. ℈. i. confice cum ſirupo de ſtichados fac. vj.
pꝛo. ʒ. da vnam dum vadit doꝛmitum: ⁊ aliquādo vnaꝫ
ante cenam.

¶ Pillule contra epilenſiam per eſſentiam a colera
groſſa.

¶ ℞ pillularum elefanginarum pillnlarum de hyera
ſimplici ana. ʒ. ij. reubarbari electi: mirabolanoꝛum ci
trinoꝛum ana. ʒ. ſ. ſeminis peonie viſci cohercini ana
℈. i. tamarindoꝛum. ʒ. j. ſ. maſticis. ℈. ſ. miſc. ⁊ con/
fice pillulas. vj. vel. vij. pꝛo. ʒ. cuꝫ ſirupo viola. ſi opus
eſt ⁊ da vnam dum vadit doꝛmitum: ⁊ aliquando vnā
ante cenam.
¶ Si autem eſſet per cōmunitatem membꝛoꝛuꝫ infe/
rioꝛum videatur per ſigna a quo membꝛo. ⁊ circa illud
attendatur: iuxta doctrinam auctoꝛum: qꝛ vt dixi non
me intendo dilatare in hoc opuſculo. Ideo ſolum ali
quas deſcribam pillulas.

¶ Pillule contra epilenſiam per cōmunitateꝫ ſtoma/
chi a materia flegmatica.

¶ ℞ pillularum elefanginaruꝫ. ʒ. iii. agarici trociſca/
ti mirabolanoꝛū kebuloꝛum ana. ℈. ij. ſeminis peonie
maſticis ana. ℈. j. confice cuꝫ melle roſato. vj. vel. vij.
⁊ da vnam ante cenam ſingulis diebus. ¶ Et in hoc
caſu valent etiam pillule ſtomatiche deſcriptione Me/
ſue. ¶ Itē ⁊ pillule elefangine ſole ⁊ pillule maſticine
deſcriptiōe Cōciliatoꝛis in additionibus ſuis ad Me
ſue de diſpoſitionibus ſtomachi que etiam ſunt ſingu
lares ad plures diſpoſitiones tam ſupꝛadictas q̄ꝫ infra
dicendas. Nā Conciliatoꝛ ipſas laudat mirabil᷑ qua/
rum deſcriptio talis eſt.
¶ ℞ aloes optimi. ʒ. x. agarici trociſcati. ʒ. iiij. maſti/
cis. ʒ. iij. confice cuꝫ ſucco antilie cuius loco pono mel
roſatum ⁊ ad veritateꝫ ſunt mirabiles ⁊ experte. ¶ Si
autem materia foꝛet colerica loco agarici ponatur reu
barbarum apponendo. ʒ. j. tamarindoꝛuꝫ: ⁊ hoc modo
etiam rectificari poſſent iſte pillule maſticine ⁊ clarum
eſt ꝙ eſſent ſingulares: ⁊ aliquando expertus ſum vir/
tutes earum in magnatibus. ¶ Si autem vitio ſple/
nis poteſt apponi polipodium thuris epithimuꝫ folli/
culi ſene aut aliquod iſtoꝛuꝫ conficiendo pillulas cum
ſirupo de fumoterre vel de epithimo aut capiloꝛum ve
neris. ⁊ hoc ſemper conſiſtit in eſtimatione ⁊ ꝑitia me/
dici pꝛeſentis. ¶ Et ſic etiam dico ſi vitio matricis aut
alicuius alterius membꝛi cum multoꝛum membꝛo/
rum vitio epilenſia pꝛouenire poſſit vt vidi ego in ci/
uitate taurinenſi iuuenem epilenticum: ⁊ incipiebat
materia moueri in police pedis ſiniſtri que paulatine
aſcendebat aut vapoꝛ ab ea eleuatus per partes inter
medias vſqꝫ ad caput: ⁊ ſtatim incurrebat paroxyſmū
⁊ cadebat. Et in illo caſu multum valebant ligature
pꝛohibentes aſcenſum materie vel vapoꝛum: ⁊ tan/
dem cauterizato loco curatus eſt perfecte. ¶ In ſco/
tomia etiam ⁊ vertigine conſiderandum eſt etiaꝫ ſi per
eſſentiam vel per communitatem fiat. Et fiat ſem/
per vt de epilenſia dictum fuit. In vtroqꝫ tamen caſu
valent pillule vt infra maxime pꝛemiſſis vniuerſalibꝰ
ſi neceſſaria ſint.

¶ Pillule contra ſchotomiam vel vertiginem a mate
ria flegmatica.

¶ ℞ pillularū de hyera ſimplici. ʒ. ij. pillularuꝫ elefan
ginarum. ʒ. iij. agarici trociſcati: mirabolanoꝝ chebu
loꝛum ana. ʒ. j. maſticis thuris ana. ʒ. ſ. miſc. diligen/
ter ⁊ cōfice cū ſirupo de ſtichados. vj. vel. vij. pꝛo. ʒ. dā
do vnam dum vadit doꝛmitū vna die: ⁊ alia die vnam
ante cenā: ⁊ ſic perſeuerādo ſunt mirabiles.

¶ Pillule contra ſchotomiā ⁊ vertiginem quando cō
miſcetur aliquid colere.

¶ ℞ pillularum elefanginarū. ʒ. ij. pillularū de hye/
ra. ſ. ʒ. j. ſ. pulueris reubarbari electi. ʒ. j. tamarindo/
rum. ʒ. j. ſ. maſticis. ℈. ij. mirabolanoꝛuꝫ citrinoꝛuꝫ. ʒ.
j. confice cuꝫ ſirupo violato. vj. vel. vij. pꝛo. ʒ. ⁊ da vt ſu
pꝛa. ⁊ ſunt bone.
¶ Et quia ōbilitas vel diminutio memoꝛie multis cō
tingit: que non parum ſcholaribus nocet ⁊ doctoꝛi/
bus legentibus. Ideo aliquid dicere opoꝛtet. Et licet
diminutio memoꝛie vt plurimuꝫ a ſuperflua humidi/
tate pꝛocedat: poteſt tamen a ſiccitate ꝓuenire vt vult
pꝛinceps pꝛima tertij. capitulo pꝛopꝛio. Et in tali caſu
non opoꝛteret exhibere pillulas nec alia vlterius exic
cantia. Sed potius cōueniunt humectantia: inter que
cōuenietiſſimū eſt lac vt dixi in mea ſūma lacticinio/

rum. Si vero proueniat ab humiditate cõueniunt pillule infrascripte.

¶ Pillule contra diminutionez memorie a causa frigida ℞ humida.

¶ ℞ pillularum asayaret. ʒ. ij. pillularũ elefanginaruz ʒ. iij. pul'. ligni aloes electi. stichados. agarici trociscati. ana. ʒ. j. cum syrupo de stichados fiant. vj. vel. vij. pro. ʒ. j. detur vna eunti dormitum: ꝛ aliquando ante cenam. Et fiat grossior vel minus grossa vt supra.

¶ Et si perciperet ꝙ aliqua materia existens in stomacho iuuaret ad diminutionem memorie: detur pillula ante cenam sepius continuãdo tamẽ omni die vnam vel ante cenam: vel dum vadit dormitũ.

¶ Et nota hic ꝙ vidi plures receptas pro reparatione memorie que sunt terribiles inducentes vnum moduz viuendi bene strictum ꝛ cum vnctionibus calidissimis que omnia ĩ multis corporibus possent esse causa multorum nocumentoꝶ ꝛ quodãmodo irreparabilium: ꝛ ideo multis prohibui tempore meo ne se subijcerẽt cõsimilibus: nec sunt fienda nisi cum matura deliberatione ꝛ consilio peritorum medicoruz. Hec autem que hic ordinantur secura sunt ꝛ nocere non possunt.

¶ Et antedicte pillule possunt etiã iuuare ĩ multis dispositiõibus frigidis ꝛ humidis capitis. Habere tamẽ debet medicus semper oculos apertos ad complexiones aliorum membrorũ: vt si epar esset calidũ: aut corpus faciliter inflãmabile: vel tempus multũ calidũ: qꝛ in talibus oporteret cõmiscere thamarĩdos aut mãna vel dare pillulã cũ syrupo violato pro apozimate: vt ẽt bene docet princeps quarta primi capitulo quinto. Et hec regula semꝑ hẽatur menti vt etiã supradictũ fuit.

¶ Valebunt igitur dicte pillule ad omnes qui supflue dormiunt propter superfluã humiditatez: vt sunt aliq scholares qui doctore legente in scholis dormire cogũtur. Et sic etiã valẽt pillule de hyera cuz agarico. quarum descriptio talis est.

¶ Pillule de hyera cuz agarico.

¶ ℞ pillularuz de hyera simplici ꝛ sunt pillule ꝺ octo rebus Galeni. ʒ. iij. agarici albi ꝛ electi. ʒ. j. salis gẽme. ℈. j. misc. cum oximelle fiat massa. Ego addo libenter. ʒ. ß. masticis ꝛ magis confortant stomachũ licet minus soluant. Et tu considera casus in quibꝰ magis cõueniunt quia plures inuenies.

¶ Plures homines sunt catarrosi. Ideo medicus habet duo principaliter considerare.

¶ Primo si catarrus est subtilis vel grossus: qꝛ si subtilis ingrossandus est. ꝛ si grossus subtiliandus. ꝛ hoc cũ sirupis: dieta ꝛ alijs. Et in catarro subtili semꝑ ĩ pillulis apponere aliqua ingrossantia. vt hic.

¶ Pillule contra catarrum subtilem.

¶ ℞ pillularum elefanginarũ. ʒ. iij. mirabolanoruz citrinorum. ʒ. j. boliarmeni loti. ℈. iij. seminis portulace. ℈. j. misꝫ. ꝛ cum mucilagine dragantorum facta in aqua rosaruz fiant pillule. vj. vel. vij. pro. ʒ. detᷣ vna eunti dormitum.

¶ Pillule contra catarrum grossum.

¶ ℞ pillularum de hyera simplici: pillularum elefanginarum ana. ʒ. ij. agarici trociscati. ʒ. j. ß. masticis. ʒ. ß. cõfice cũ oximelle sqlitico ꝛ fiãt. vj. p. ʒ. da vt supra.

¶ Secundũ qꝺ debet medicus considerare: ẽ mẽbrũ ad qꝺ declinat catarrus: vt si ad pectus periculosum ẽ: maxime quando subtilis aut salsus: quia multotiens perducit ad ptisim. Et ideo studere debet medicus in remittendo acuitatem ꝛ diuertendo ipsum ꝛ confortando pectus ꝛ pulmonem: ꝛ faciendo alia que in locis proprijs inquirenda sunt: cum ibi extendere non intendam: sed solum describere pillulas ad hanc intentionem facientes.

¶ Pillule contra catarrum subtilem descendentem ad pectus.

¶ ℞ polipodij electi: agarici trociscati. ana. ʒ. ß. boliarmeni loti. ʒ. j. pillularum elefanginarum. ʒ. iij. succi liquiritie. ℈. ij. mirabolanoruz citrinorum. ʒ. ij. ß. confice cum mucilagine dragantorum facta in aqua florum violarum: aut rosarum fiant. vj. vel. vij. pro. ʒ. da vnam aliquando ante cenam: sed sepius dum vadit dormitum. Ita tamen ꝙ omni die capiat vnam vel ante vel post cenam.

¶ Et licet deliberauerim non ponere in hoc opusculo nisi receptas pillularum: tamen tacere non possum descriptionem vnius confectionis quã appello confectionez de storace propter iuuamenta maxima que reperi in ea ꝛ facio ꝙ capiunt vnum morsellum de. ʒ. j. ß. vel circa dum vadunt dormitum diebus quibus non capiũt pillulam illa hora. Nã ẽ valde bona: cuiꝰ descriptio talis ẽ: nec ẽ illa descriptio quã cõiter ponunt doctores: ꝛ ẽ de secretis meis: quã tamen etiam cũ alijs secretis omnibus ꝑpalare intendo.

¶ Descriptio confectionis de storace.

¶ ℞ passularum ad corrintheos electaruz. ℥. j. conterantur fortissime. deinde ℞ puluis liquiritie. raxe electe. ʒ. vj. ligni aloes nucis muscate cinamõi electi ana ʒ. j. ß. storacis calamite. ℈. v. boliarmeni loti. ʒ. iij. zuchari boni dissoluti in aquis betonice ꝛ florum violarum. ℥. xv. ꝛ fiat confectio in rotulis vel morsellis de ʒ. j. ß. pro singulo: da vt supra: ꝛ est sepius experta. Et licet valeat principaliter in catarro grosso: etiam non nocet in subtili.

¶ Pillule contra catarrum grossum.

¶ ℞ agarici trocis. ʒ. i. ß. pillularũ elefanginaꝶ. ʒ. iij. polipodij cartami ana. ʒ. i. stichados. ʒ. ß. masticis. ℈. ij. misc. ꝛ cũ oximelle squilitico fiant. vj. pro. ʒ. da vnã eunti dormitũ ꝛ aliquando ante cenam.
¶Pillule ēt elefangine sole sunt valde cōuenientes in hoc casu. Etiam pillule de octo rebus siue de yera simplici. Et pillule stomatiche descriptiōe Mesue quare eligas tibi magis gratas: ⁊ exhibe. Valent etiā masticine. ¶Et si vis has pillulas etiam habere respectum ad cōminuendum lapidē: potes in illis pillulis aliqd addere ex his que a proprietate valent: vt sunt cinis vitri facta ꝑ artem vel sanguis hirci: aut cinis caude tremule: lapis iudaicus: qui etiam solutiuus est aliqualiter: vel lapis spongie: cortices ouorum ex quibus exiuerint pulli: oculi cancrorum: cinis scorpionum: cinis leporis: ossa parua leporis: que reperiuntur circa iuncturā tibie posterioris circa genu: aut aliquod talium in quibus est virtus frangendi aut cōminuendi lapidem: capiendo vnam vel duo que tibi vtiliora videbunt ⁊ que tibi occurrent. ¶Et clarum etiam est has pillulas conuenire in lapide vesice maxime via preseruationis: tam euacuando q̄z diuertendo materias antecedentes que trahere possent in causam coniunctam. Non expectes tn̄ curam perfectā ex his si grossus sit. ¶Sed quid dicemus in ardore vrine ⁊ in excoriatione colli vesice: in quibus casibus prima facie ex toto discōuenire vidētur ratione specierum ⁊ aloes. Verum qꝛ experientia comperio has pillulas multotiens conuenire: dico ꝙ licet ratione aloes ⁊ specierum nō conuenirent: possunt tamen taliter rectificari ꝙ prodesse poterunt: ⁊ non nocere: ⁊ sic reperio infrascriptas conuenire saltim cum iuuamento maiori nocumento.

¶Pillule conuenientes in ardore vrine.

¶℞ pillularum elefanginarum cū succo endiuie. ʒ. iij. corticum mirabolanorū citrinorū. ʒ. j. succi liquiritie. ℈. ij. gummi draganti. ʒ. ss. tamarindorum. ʒ. j. ss. seminis portulace. seminis papaueris albi añ. ℈. j. cōfice cum syrupo violato. vj. vel. vij. Et da vnam ante cenam: nec dubites

¶Pillule alie ad eandem intentionem.

¶℞ aloes loti in aqua endiuie pluribus vicibus. ʒ. vi. corticum mirabolanorum chebulorum citrinorum ⁊ emblicoruz ana. ʒ. i. succi liquiritie: seminis papaueris albi seminis portulace ana. ℈. i. agarici trociscati. ʒ. i. masticis. ʒ. ss. confice cum mucillagine dragagantoꝝ ⁊ fac. vj. pro. ʒ. da vnam ante cibum vel ante cenam.

¶Pillule alie ad eandem intentionem.

¶℞ quattuor seminum cōmuniuz minorum frigidorū seminis papaueris albi. seminis melonis ana. ℈. j. pillularum elefanginarum cuz succo endiuie. ʒ. iij. ss. reubarbari electi. ℈. j. mirabolanoꝝ citrinorū. ʒ. j. masticis. ʒ. ss. tamarindorū. ʒ. j. ss. Cōfice cum syrupo violato vel cum mucilagine dragagantoꝝ: ⁊ fac pillulas vt supra.

¶Pillule alie ad eandez intentionez quando est excoriatio.

¶℞ reubarbari electi parum torefacti mirabolanorum chebulorum ⁊ citrinoꝝ: etiam parum torefactorū ana. ʒ. ss. pulueris trociscoꝝ alchachēgi sine opio. ℈. iiij. pillularum elefanginarum cum succo endiuie. ʒ. iij. ss. thamarindorum. ʒ. j. ss. masticis. ʒ. ss. cōfice cum syrupo violato: ⁊ da vt supra. ¶Nec est mirandum si iste pillule sunt iuuatiue in istis casibus: qꝛ licet ingrediantur pillule elefangine: quo merito specierum ⁊ aloes nocere deberent: tamē sunt ita bene refracte (vt patet inspicienti ea que ingrediuntur) ꝙ nocere non possunt. Et si pur esset aliquod nocumentum: iuuamentum est maius: quoniam fit euacuatio multarū materierum per vias intestinorum que transirent ad vias renum ⁊ vesice: ⁊ possent augere ardorem vel excoriationez. Ideo sepissime exhibui ⁊ reperi iuuamētum sine nocumento saltim notabili.

¶In aliquibus etiam egritudinibus mēbrorum generationis reperio pillulas multum conuenire. Et primo in his in quibus est difficultas erectionis virge propter materias humidas que aliquando imbibite sunt in musculis deseruientibus erectioni: ⁊ sic remanet membrum quasi paraleticatū: conueniunt igitur in tali casu pillule vt infra.

¶Pillule contra difficultatez erectionis virge a causa frigida ⁊ humida.

¶℞ cartami. stichados. agarici trociscati mirabolanorum chebulorum. ana. ʒ. ss. radicum satirionis. ʒ. j. lingue auis. ℈. ij. pillularum elefanginarum. ʒ. iij. ss. misce. cum syrupo de corticibus citri fiant. vj. pro. ʒ. Et da vnam ante cenam singulis diebus.

¶Potes ēt videre aliquas receptas supra cum feci mentionem de paralesi: qꝛ conuenient ēt in hoc casu.

¶Pillule alie ad eādē intētionē que augēt sperma.

¶℞ radicum satirionis ⁊ sunt testiculi vulpis. ʒ. j. nucis inde. ʒ. ss. caude stincoruz lingue auis ana. ℈. j. pillularum elefanginarum. ʒ. iij. ss. mirabolanorum citrinorum ⁊ chebuloꝝ ana. ℈. ij. ss. confice cuz melle rosato. vj. pro. ʒ. da vnam ante cenam ⁊ continua: qꝛ videbis rem expertam.

¶Valent etiam consimiles pillule his qui non possunt continere vrinam ⁊ hoc remouendo causam paralesis musculorum vesice ⁊c.

¶Inter egritudines matricis in quibus huiusmodi

pillule sunt iuuatiue: sunt prefocatio matricis. retentio menstruoꝝ. superfluus fluxus. impedimentū cōceptionis. fluxus materierū albarum qui in multis mulieribus reperitur: ⁊ plerunqꝫ est cā impediens conceptionem. precipitatio: ⁊ dolor matricis ac descensus ipsius. In oībus eniꝫ talibus casibus reperi pillulas conuenientes. Et primo incipiam ratione menstruoꝝ ⁊ prefocationis.

¶ Pillule contra prefocationem matricis ⁊ retentionem menstruorum.

¶ ℞ pillularū imperialiū. ʒ. ij. pillularuꝫ elefanginaruꝫ. ʒ. iij. pulueris trociscorū de myrrha. ʒ. j. rubee tinctorum. ʒ. ſ. cinamomi electi. ℈. iiij. agarici trocisca. ℈. ij. cōfice cū oximelle composito. v. pro. ʒ. da vnam ante cenam. Et si visda. ʒ. j. vel. ℈. iiij. in aurora.

¶ Pillule alie ad eandem intentionē parū fortiores.

¶ ℞ pillularū de yera simplici. pillularū elefanginarum ana. ʒ. ij. turbith electi ⁊ fricati cū oleo amigdalarum dulciū. ʒ. ſ. spice ziniziberis masticis ana. ℈. ſ. confice cum sirupo de arthemisia. Et da vt supra. Et si vis dare aliquādo. ʒ. j. in aurora sunt multū conuenientes. Et adderem. ǧ. iiij. asse fetide quando damus de mane.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem.

¶ ℞ pul᷑. trociscorū de myrrha. ʒ. j. reubarbari electi agarici trociscati ana. ℈. j. pillularū elefanginarū. ʒ. iij. confice cū vino odorifero: ⁊ da vt supra.

¶ Omitto plures decoctiones: cōfectiones ⁊ alia q̄ ꝓuocant menstrua: qꝛ vt supradixi pro nūc solum loq̄ volo de pillulis. Sed qꝛ experientia reperi que nunq̄ꝫ mihi defecit. Ideo tacere volo ꝙ exhibere. ℈. j. castorei cōficiendo duas vel tres pillulas ⁊ exhibere de mane tꝑe quo mēstrua vel incipiūt apparere vel sunt aliqua signa ꝙ tēpus mēstruoꝝ siue floruꝫ mulierum pn̄s est vel ꝓpinquū: qꝛ exhibere ꝓuocantia alio tꝑe est sepissime opus perditum. Sed qn̄ nā tentat expellere: tunc tp̄s est cōuenietissimū: qꝛ nā iuuat medicinam ⁊ medicina iuuat᷑ a nā. ⁊ sic felicitatur operatio.

¶ Sed nota ꝙ exhibitio istius castorei dꝫ esse in maiori vel minori dosi ſm virtutis fortitudinem. Et aduerte ꝙ est calidum in quarto. Ideo cōsidera: ⁊ exhibe secum aliq̄d qd̓ tꝑet calorē vt syrupum violatū nenufarinū vel decoctiōeꝫ seminū cōium frigidoꝝ maxime minorū: qꝛ cōmodius ponunt᷑ in decoctionibus ⁊ que infrigidādo iuuabunt operationē ⁊ ipsaꝫ felicitabūt. Si vis vide practicaꝫ Aggregatoris in capitulo cure retentionis menstruoꝝ. qui dicit ꝙ castoreum prouocat menstrua etiam in etate senili. verum hoc non sum expertus. in alijs autē etatibus sepe expertus sum: ⁊ reperi bonum effectum cum dei auxilio.

¶ Alie pillule ad eandem intentionem ⁊ sunt magis delicate.

¶ ℞ cassie lignee spice cinamomi asari reubarbari electi agarici albi ⁊ electi ana. ʒ. ſ. aloes electi. ʒ. iij. croci. myrrhe. ana. ℈. j. cōfice cū vino albo odorifero vel cum syrupo de arthemisia. ⁊ da vnam ante cenam singulis diebus. vel dū surgit a lecto vnam vel duas aut tres ⁊ videbis feliciter succedere.

¶ Multi nō auderēt cōmiscere vnā ex istis pillulis cum cibo cum videantur notabiliter aperitiue. Sed attenta paucitate vnius pillule nocere nō pōt. Uidebis tamen experientiā ꝙ educet per secessuꝫ aliquid ⁊ sic erit iuuamentum sine nocumento vel saltim bene modico.

¶ In retentione autē menstruoꝝ: vel dum volo mēstrua retinere: raro vtor pillulis in quibus sit aloes: d̄ cuius natura est aperire venas: verū dum est lotus ⁊ permixtus cum his que habent remouere hoc nocumentū: sicut sunt mastix bdeliū gūmi dragagātuꝫ arabicum ⁊ similia non possunt multum nocere: iuuare vero sic. Possunt igit᷑ fieri pillule in hac forma: ⁊ erūt euacuatiue materieꝝ acutarum que permixte cū sanguine multotiens sunt cā superflui fluxus: stimulādo virtutem ⁊ aperiendo venas.

¶ Pillule contra superfluū fluxum menstruorum.

¶ ℞ pillulaꝝ elefang. ʒ. ij. gūmi arabici bdelij ⁊ dragagāti ana. ℈. j. reubarbari electi parū torefacti. ʒ. j. tamarindorum. ʒ. j. ſ. pul᷑. trociscoruꝫ de spodio cum semine acetose. ℈. iiij. confice cum syrupo rosato. ⁊ da vnam ante cenam vel. ℈. iiij. de mane vt tibi videbitur.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem ⁊ magis restringentes.

¶ ℞ pulueris trociscorum de karabe: trociscoruꝫ de terra sigillata ana. ʒ. j. mirabolanorū citrinoꝝ parum torefactoꝝ: reubarbari electi ⁊ parū torefacti ana. ʒ. ſ. masticis gūmi dragagāti ana. ℈. j. pillularū elefanginarū. ʒ. j. ſ. confice cuꝫ syrupo rosato. vj. pro. ʒ. da vnā ante cenam vel. ʒ. j. aut. ℈. iiij. de mane.

¶ Si quis tamen sit tantum superstitiosus vt dubitet de pillulis elefanginis propter aloeꝫ: ⁊ spēs que ingrediuntur: faciat pillulas dimittēdo pillulas elefanginas ⁊ cessabit suspitio. erūt tamē vtiles.

¶ Ubi auteꝫ esset fluxus superfluus mēstruorū ꝑꝑ debilitatem virtutis retētiue: aut ꝑꝑ abundantiā humoris flegmatici relaxātis vēas aut aggrauātis virtutē: ⁊ consequēter incitātis expulsiuam ad expellendum conuenirent pillule vt infra.

¶ ℞ pillularum elefanginarū. ʒ. iij. ſ. mirabolanorū chebulorum valde parum torefactorū. ʒ. j. ſ. pulueris trociscorum de terra sigillata. ℈. ij. masticis. ℈. ſ. cōfice cum myrrha citoniorū cum speciebus vel sine ſm qd̓ videbitur ⁊ da vnā ante cenā vel. ℈. iiij. de mane.

¶ Si bene consideremus: sunt ēt vtilissime iste pillule in superfluo fluxu materieꝝ albaꝝ. Si proueniat a materia ab aliquo vel aliquibus mēbris trāsmissa: siue sit in ipsa matrice generata: cum matrix aliquando non possit nutrimentum sibi delatum: ēt si bonum sit in substantiam propriam conuertere. Et sic multiplicatis quotidie superfluitatibus: necesse est apparere hūc fluxum: a quo paucas reperio mulieres absolui. Et in multis vidi hanc esse causam cōceptionis impeditiuam. Et ideo bonū est aduertere. Et si ab aliquo fluat membro ipsum confortare ⁊ diuertere ad intestina que sunt membra magis apta receptioni ⁊ euacuationi superfluitatum. ⁊ sic si vitio matricis ⁊ considerata complexione: ipsam rectificare ⁊ confortare paulatim: postea euacuando ⁊ diuertere que omnia fieri pos

sunt cum instrumētis infrascriptis.

¶Pillule cōtra fluxū ⁊ hn̄tia humiditatē matricis.

¶℞ tartari loti agarici trociscati ana.ʒ.j. pillulaꝝ
elefanginarum.ʒ.iij.ß.masticis.ʒ.ß.cōfice cum mel
le rosato aut cum syrupo de arthemisia.vj. pro.ʒ. da
vnam ante cenam ⁊ continua quoniam applicata iu
uant: sed continuata sanant.

¶Pillule alie ad eandem intentionem.

¶℞ aluminis pluuie.℈.j.tartari loti.ʒ.j.pillulaꝝ
elefanginaruz.ʒ.iij.pul.specierū trifare maioris sine
opio.℈.ij.agarici albi ⁊ electi.ʒ.ß.masticis: salisgē
me an̄.℈.j.¶Cōfice cū succo absynthij.vj. p.ʒ.da
vnā ante cenā cōtinuādo: ⁊ aliqn̄.℈.iij.in mane.

¶Pillule alie ad eādē intētionē: sʒ parū fortiores.

¶℞ turbith electi ⁊ pparati vt supra.ʒ.ß.agari. tro
cisci.℈.ij.pillulaꝝ elefāginaꝝ.ʒ.iij.ʒīʒi.masticis
an̄.℈.j.ꝯfice cū sirupo de arthemisia.⁊ da vt supra.

¶Pillule alie ad eandem intentionem aliqua
liter confortatiue.
¶℞ corticum mirabolanoꝝ chebulorū ⁊ citrinoꝝ
ana.ʒ.j.agari.℈.ij. pillularū elefanginaꝝ.ʒ.iij.ß.
masticis.℈.j.cōfice cum sirupo de arthemisia ⁊ da
vt supra: ⁊ sunt leues. ¶Sʒ aduerte: qm̄ in talibus
materiebus reperio magnā diuersitatē. nam ī aliqui
bus mulieribus egrediūt iste humiditates frigide
etiam actualiter: ita vt in exitu precipiant notabilez
frigiditatē actualē: ⁊ ī aliqbus egrediunt ita calide
ꝙ faciūt magnū ardorez: ⁊ quodāmō excoriationez.
imo ī eadē muliere in diuersis tn̄ tēporibus ꝑcipitur
ista diuersitas: vt ego hoc āno vidi in vna magna ⁊
notabili dn̄a: quā libēter nominarē: nisi esset ꝙ me/
dicus in talibus debet esse secretus veluti cōfessor.
Ad hāc igitur diuersitatem dʒ medicus bene aduer
tere: ⁊ nō omnes vnico calciare calciamento. Debet
igitur cōsiderare mām que egreditur ⁊ cām: ⁊ sic di
uersa exhibē remedia. ¶Ponā igit duas receptas
vnam ī cā frigida: aliam in calida. licet posite sint supe
rius multe recepte q̄ huic dispōni accōmodari possūt:
⁊ ēt ad plures egritudies matricis de qbus supradixi.

¶Pillule ꝯ supfluā hūiditatē mr̄icis a cā frigida.

¶℞ agarici tro. mirabolanoruʒ chebulorū ana.ʒ.j.
tartari loti: cartami: stichados ana.ʒ.ß: pillularuʒ ele
fanginaruʒ.ʒ.iij.ß.masticis.℈.j. confice cuʒ sirupo
de arthemisia: ⁊ da vt supra.

¶Pillule cōtra superfluam humiditatē matri
cis cum dominio caliditatis.
¶℞ reubarbari electi foliorum sene an̄.ʒ.ß. thama
rindorū mālne granate ana.ʒ.j.pillulaꝝ elefangiaꝝ
ʒ.iij.ß. masticis.℈.j.confice cū syrupo viola.vj.vel
vij.pro.ʒ.⁊ da vt supra. ¶Et sunt pro magnatibus.

¶Pillule alie ad eandeʒ intentionē ꝑ pauperibus.

¶℞ pillularuʒ elefanginaꝝ.ʒ.iij.thamarindoꝝ.ʒ.
j.ß.mirabolanoꝝ citrinoꝝ.ʒ.j.agarici troci.ʒ.ß.ma
stici s.℈.j.confice cuʒ succo rosarum vel cum succo
violato.vj.vel.vij.pro.ʒ.Et da vt supra.
¶Et sic possumus cōsequenter imaginari ꝙ iste pil
lule conferre possunt ad facilitanduʒ impregnatōeʒ
quoniam per continuuʒ vsum ipsaꝝ remouebit vel
remoueri poterit causa impeditiua conceptionis vel
generationis: non soluʒ in muliere remouendo illā
superfluaʒ humiditatem que causa est: vel esse potest
vt sperma viri reddatur inneptū pro generatione vt
hʒ videri locis proprijs: qꝛ pro nunc allegationibus
vti nō curo. Et ideo sciētificus ⁊ expertus medicus
diligēter inuestigans causas impedimēti conceptio
nis videbit si causa erit ex parte viri vel mulieris ma
xime si erit supflua humiditas: qd̄ dico: qꝛ pōt ēt ab
alijs causis prouenire: vt legit in locis proprijs vt a
siccitate: in quo casu pillule huiusmodi nō ꝯuenirēt.
Stāte igitur impedimento ꝯceptionis a causa frigi
da ⁊ humida: sicut cōiter accidet: possunt conuenire
pillule superius descripte circa retētionē mēstruorū
a cā flegmatica ⁊ pt̄ hic describi recepta ī hūc modū.

¶Pillule contra prohibitionem impregnationis a
causa frigida ⁊ humida.

¶℞ pillulaꝝ de hyera simp.ʒ.j.ß.pillulaꝝ elefāgi
naruʒ.ʒ.ij.ß.agarici tro.ʒ.j.⁊ si non times oppilatio
nem: adde mirabolanoꝝ chebuloꝝ ⁊ citrinorum ana
ʒ.ß.vel.℈.j.⁊ cuʒ melle rosato vel syrupo de arthe/
misia confice.vj.vel.vij.pro.ʒ.da vnam omni die.

¶Pillule alie ad eandē intētiōeʒ: sed paꝝ fortiores.

¶℞ pillularuʒ elefanginaꝝ.ʒ.iij.turbith preparati
vt supra.℈.j.agarci trociscati.℈.ij.ʒinʒiberis ma/
sticis ana.℈.ß.Confice cum syrupo de arthemisia.
Et da vt supra.

¶Pillule alie ad eandem intentionem magis dispo
nentes ad conceptum.

¶℞ pillularum elefanginarum.ʒ.iij.rasure eboris
coaguli leporis ana.ʒ.ß.agarici trociscati.ʒ.ß.sileris
montani.℈.ij.cuʒ syrupo de arthemisia fac pillulas
sex pro.ʒ.⁊ da vt supra.

¶Pillule alie ad eandem intentionem.

¶℞ stichados polipodij agarici trociscati an̄.ʒ.ß.
tartari loti.℈.ij.pillularum imperialiū: pillularuʒ
elefanginarum ana.ʒ.ij.sileris montani.ʒ.j.cū vino
odorifero vel syrupo de corticibus citri vel de arthe/
misia confice pillulas: ⁊ da vt supra.

Nunc venio ad dispōnes artheticas que vt plu
rimū sunt paroxysmales vt experiētia quo
tidiana videmus. Et ī aliqbus paroxysmat citius, in aliq
bus tardius ꝑm complexiones ⁊ compositiones cor/
porum ꝑm regimen ipsorum: qd̄ vt in pluribus ma/
lum est. Nam cōmuniter videmus podagricos arthe
ticos ⁊ huiusmodi eē mali regiminis. Ad hoc tamē
aliquando iuuant constitutiones temporum ⁊ cele/
stes influxus. Verum reperio has pillulas multū eē
proficuas maxime in preseruādo ⁊ tardando aduen/
tus paroxysmorum: ipsosqʒ minorādo: tam intensiue
q̄ʒ extensiue. Ita vt ibi solebat ter vel quater in anno
affligere non affliget nisi semel vel bis. Et vbi solebāt

paroxysmi vel dolores affligere quinqꝫ vel sex diebus. Exempli gratia: non affligent nisi duobus aut tribus: aliquando vidi ex toto cessare. Nec mirum qꝛ ex vsu quotidiano ipsarum pillularum potest prohiberi aggregatio materie que sufficiat ad causandum paroxysmum. Sed quia materie horum doloꝛꝫ causatiue sunt diuerse: cum alique calide: alique frigide: alique mixte. Ideo ponam hic receptas diuersas que has materias aspiciēt. Et primo in cā calida si sanguinea sit alijs cōsentientibus cōuenit flobothomia.

¶ Pillule in arthetica vel podagra calida.

¶ ℞. thamarindorum. ʒ. j. pillularum elefanginarum cum succo endiuie. ʒ. iij. reubarbari electi. ℈. ij. spice grana. vj. masticis. ℈. j. confice cum succo rosarum vj. vel. vij. pro. ʒ. da vnam ante cenam ⁊ continua.

¶ In podagra frigida reperire poteris aliquas receptas: vtiles superius dum de paralysi verba feci: iō recurre ibi tñ gratia forme ponam aliquas.

¶ Pillule contra podagram a cā frigida.

¶ ℞. corticum mirabolanorum chebulorum stichados: ana. ʒ. ß. hermodactilorum. ℈. j. zinzib. masticis ana. ℈. ß. pillularum elefanginaruꝫ. ʒ. ij. ß. confice cū syrupo de stichados. vj. vel. vij. pro. ʒ. ⁊ da vt supra: ⁊ si vis potes aliquando dare. ʒ. j. vel. ℈. iiij. de mane cum aliquali custodia.

¶ Pillule alie ad eādeꝫ intētioneꝫ sꝫ parū fortiores.

¶ ℞. turbith gūmosi ⁊ electi preparati vt supra hermodactilorum ana. ℈. j. ßß. seminis anisi: ana grana vj. masticis grana. xv. pillularum elefanginaruꝫ. ʒ. iij. confice cum syrupo de stichados: ⁊ da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandem intētioneꝫ ꝑ pauperibus.

¶ ℞. tartari loti mirabolanorum chebuloruꝫ ana. ʒ. ß. hermodactilorum: agarici trociscati ana. ℈. j. masticis. ℈. ß. zinzibe. grana. vj. pillularum elefanginaruꝫ ʒ. iij. confice cum melle rosato: ⁊ da vt supra.

¶ Et quia vtplurimum materia harum egritudinuꝫ est mixta: ideo oportet etiam describere receptas quibus cōmuniter vti possumus ⁊ primo.

¶ Pillule in materia permixta contra podagram.

¶ ℞. agarici trociscati: reubarbari electi ana. ʒ. ß. hermodactilorum. ℈. j. pillularum elefanginarum. ʒ. ij. ß. mirabolanorum citrinoruꝫ. ℈. ij. masticis. ℈. j. cū sirupo violato vel rosato. Confice. vj. vel. vij. Et da vt supra ⁊ videbis ipsas vtilissimas.

¶ Pillule alie ad eandē intētionē sꝫ paruꝫ fortiores.

¶ ℞. hermodactilorum turbith electi ⁊ preparati vt supra: ana. ℈. j. reubarbari electi: mirabolanorum citrinorum ana. ʒ. ß. zinzib. grana. vj. masticis. ℈. j. cōfice cum succo rosarum aut syrupo rosato. Et da vt supra: ⁊ si vis dare. ʒ. j. vel. ℈. iiij. de mane maxime iuuabunt: sit tamen cum aliquali custodia.

¶ Pillule alie ad eandē intentionē pro pauperibus.

¶ ℞. tartari loti mirabolanoꝝ citrinorū ana. ʒ. j. hermodactilorum. ʒ. ß. masticis. ℈. j. pillularum elefanginarum. ʒ. iij. Confice cum syrupo ex infusione rosarum. Et da vt supra.

¶ Et hec sunt que in hac materia pro nūc timens ꝓlixitatem scribenda constitui. Nam potuissem in receptis magis esse copiosus sed cogitans ꝙ facile est inuentis addere. Et ꝙ prudens medic⁹ apta maxie sibi via multas alias poterit receptas componere ⁊ casibus sibi occurrentib⁹ accōmodare: hic fineꝫ impono gratias habens imensas summo deo si quid boni in hoc meo opusculo ⁊ dignū memoria iudicabit Amē.

¶ Explicit Pillularium magistri Panthaleonis de Confientia.

¶ Panthaleonis de Confientia Sūma lacticiniorum incipit.



Um interdū cogitarē si opusculum aliqd memoria dignū in medicina componerem: que naz esset subiecta materia videbā mihi partez omnē sublatam fuisse. Nam si theoricam medicine considero cerno Jacobū forliuiensez Ugonem senēsem ꝛ alios ēt nouos preter ea que ab antiquis dicta sunt oēs sibi ptes vendicasse. Si vo ad practicā me cōuerto video nouos plurimos Tornamiram Joānem de partibus Philoniū Arnaldū de villanoua vltramontanos Barzizium vero Joānem de alcolis Nicolaū florentinum Sauonarolaz Joānē mattheū de gradi aliosq3 plurimos cismōtanos viros prestantissimos: qui adeo ornate scientifice copioseq3 dixerunt vt nullam mihi ptem in scribēdo relictam intelligā. Tacere tū ignominiosum: nec sine peccati labe fieri potest: vt si a sūmo deo aliquā scientie grām accepimus id occultemus. Naz similes illi iudicabimur qui frumēta abscondit in populis. Nec tamen id iactantie causa dixerim: quo meorum que scripsero nihil aut paꝝ mihi ascribi velim: sed ea fere oia a sapientū codicibus extraxisse ꝓfiteor medicorū ꝛ phylosophoꝝ volumina reuoluēdo. Aggrediar igitur cū dei auxilio sūmaz lacticiniorū: que ꝛ si vulgaris appareat in ea tamen multa dicentur vtilia: ꝛ placida satis eo magis ꝙ multi caseum detestantur multi eum diligunt ex eo viuunt: ꝛ plures libēter intelligunt eorū diuersitates ꝛ naturas: quas plurimas in sequentibus esse cognosces. Diuidam igitur hanc summā in tres tractatus: quoꝝ primus cōtinet capitula. 17.

¶ Secundus tractatus summe lacticiniorum continet capitula. 15.

¶ Tractatus tertius continet capitula octo.

¶ Finis tabule.


Volens in hac sũma lactici/
niorum Aristotelis
imitari doctrinam: qui primo phy
sicorum volens de rebus natura/
libus determinare: primo agit de
principijs rerum naturaliũ vt de
materia forma ⁊ priuatione tanq̃
de principijs omnium rerum na/
turalium. Cum intentio principalis sit in hac sũma
de caseis ⁊ eorũ naturis determinare: nõ incõgrue
vr̃ prĩo de lacte tãq̃ de pr̃cipio mãli sermonẽ face/
re. ¶ Circa qd̃ notãdũ ꝙ lac ẽ aĩalis sup̃fluũ albũ
bina decoctiõe in mãmis gñatum. Hec ẽ singularis
diffinitio vel veriꝰ descriptio lactis quã ponit bonꝰ
Cõciliator dr̃ia. c. 48. ¶ Nam vt volũt doctores ex
sanguine menstruo due p̃tes fiũt. quaꝝ vna ⁊ magis
pura trãsit a venis matricis ad mãmillas: cũ ĩter hec
duo mẽbra sit magna colligãtia: vt vult dux nr̃. 12.
tertij capitulo primo in fine: ⁊ Albertus prĩo de ani/
malibus capitulo de anothomia venarum: ⁊ ibi per
secũdam digestionẽ a cõplexione illius carnis glã
dose acquirit formã lactis ⁊ substantialem ⁊ accidẽ
talem: nã vbi materia illa que ẽ sanguis mẽstruus
primo erat rubea in hac secũda digestiõe dealbatur.
⁊ hoc fit ab illa carnositate glandosa mãmillarũ que
alba est. ¶ Dicit Auicẽna allegato capitulo ꝙ ope/
ratio generationis lactis ex sanguine est sicut opera/
tio epatis in generatione sanguinis ex chillo: in hoc
ꝙ vnũquodq̃ cõuertit humiditatẽ ad similitudinẽ
suam in nã ⁊ colore. Nam epar rubificat chillũ albũ
⁊ facit ipsũ sanguinẽ: ⁊ mãmilla albificat sanguinẽ
rubeũ ⁊ facit ipsũ lac. Alia aũt p̃s sanguĩs mẽstrui
magis impura reseruat̃ ⁊ ad tp̃s expellit̃ p̃ loca a nã
deputata: saluo ꝙ vt plurimũ in mulieribꝰ ablactan
tibus filios non apparent mẽstrua: sed fere tota illa
materia expellitur vt trãsmittitur ad mãmillas ⁊ in
lac conuertitur. Et ideo videmus in pueris varias
egritudines generari propter assumptionem lactis
infecti aliqua mala qualitate: ⁊ vt plurimum ex im/
puro ⁊ malo sanguine generati. Nec dico tamen q̃n
ex alio sanguine q̃ ex menstruo possit lac generari.
In pregnantibus autem de illo menstruo fiunt due
partes ex quarum videlicet puriori fetus nutritur p̃
venam vmbilicalẽ: alia vero pars inutilis pro fetus
nutricatione reseruatur ad tẽpus partus: ⁊ tũc ex/
pellitur ⁊ iuuat ad facilitandum partum lubricando
vias. ¶ In aliquibus tamen mulieribus pregnanti/
bus expelluntur menstrua etiam a sana virtute. Ut
plurimũ tamen est signum malum ⁊ causa mala. In
aliquibus etiam pregnantibus vna pars menstrui
trahitur ad mãmillas ⁊ ĩ lac cõuertitur. Immo plu/
res volunt ꝙ in homine etiam possit lac generari ⁊
experientia docet. Etiam in muliere virgine potest
generari licet raro contingat. ¶ Unde p̃hus tertio
de naturis animalium capitulo vltimo dicit. Et nul
lum lac est in mãmillis mariũ quãuis forte accidat
vt inueniatur lac in mãmillis quorũdam. Et addit
ꝙ in quadam regione inuentus fuit caper a quo ex/
trahebant lac ex mammillis: ex quo fuit factus ca/
seus vnus deinde coieuit cum capra ⁊ genuit ma/
rem a quo extrahebatur lac sicut a patre. Dicit tamẽ
ꝙ talia sunt signa ⁊ significationes futurorum. Bre
uitatis causa non adducã alias auctoritates ad hoc
propositum facientes. ¶ Habemus igit̃ modũ gñã
tiõis lactis ĩ mulieribꝰ: ⁊ s̃m eũdẽ modũ ĩ brutꝭ aĩali
bus generatur. ¶ Et est nutrimentũ a natura ordi/
natum pro nutricatione nouiter natorũ: donec pos/
sunt digerere cibaria difficilioris ĩmutationis: qd̃ in
infantibus cognoscitur dum veniunt ad etatẽ dẽtiũ
plantatiuam. ¶ Et ideo incõsulte faciũt q̃ alia ciba
ria exhibent pueris ante originẽ dentiũ: quoniã sa/
gacissima natura dum videt stomachũ posse alios ci
bos q̃ lac ĩmutare statim dentes generat ad bonũ
intellectũ: q̃r huiusmodi dentiũ generatio fit in tẽpo
re ⁊ notabili. ¶ Fecit aũt nã ĩ multis brutis plures
mãmillas: ꝓpterea ꝙ talia sunt apta ad plures fetꝰ
ꝓducendos: ⁊ si in talibus non fuissent nisi due mã/
mille nõ potuissent quattuor aut plures nati decen/
ter nutriri. ¶ In muliere autẽ solum duas fecit mã/
millas. ¶ Primo ꝓpter decorem quoniã pluralitas
mãmillarum nõ parum mulierẽ deturparet. ¶ Se/
cũdo quia cum mulier nõ pariat cõiter nisi vnũ aut
duos: aliquãdo licet tres vel plures produci possint
hoc tamẽ rarissime ꝯtingit. Ideo sufficit mulieri du/
as habere mãmillas: quoniã natura nõ deficit ĩ ne/
cessarijs nec abundat in superfluis. ¶ Dicit Alber/
tus primo d̃ aĩalibus tractatu secũdo capitulo. 24.
ꝙ in pectore sunt due mãmille quarum creatio ẽ ex
venis neruis ⁊ artarijs inter quas cõtinuat caro la/
xa glandulosa alba ⁊ ex sanguine rubeo facit lac al/
bum: sicut alia membra alba operant̃ in nutrimento
ipsis transmisso. Et in eodẽ capitulo dicit: cũ mulier
lactat si coit cum viro nocet plurimum infanti: quia
subtile nutrimẽti qd̃ ad mãmillas mitti debebat ad
os matricis attrahitur. Ex quibus apparet causa no
cumenti: q̃r vel fetus stabit sine nutrimento: aut cũ
modico: vel erit impurum: quia loco illius qd̃ ad os
matricis attrahitur: vel nihil aut parum mandabit̃
vel mittet̃: aut attrahet̃ aliq̃s humor malus ex quo
non conuenienter fetus nutrietur. Et hec sufficiant
quãtum ad modum generationis lactis: q̃r etiã ali/
qua dicentur inferius.

¶ Capitulũ secundũ primi tractatus de diuersitate lactis in genere.


Licet lac s̃m fere omnes medicos sit
temperamento vicinũ: vt di/
cit Rasis tertio almansoris. Lac recenter
mulsum tẽpamento existit vicinũ: licet
frigiditati ⁊ humiditati paꝝ attineat. Gal. tñ quin/
to theorice vult lac vniuersaliter frigidũ esse ⁊ humi/
dum. Sed facile est concordare eorum dicta nam in
sententia idem volunt. ¶ Uerũ cum lac ex sangui/
ne generetur vt in superiori capitulo dictum ẽ ⁊ hec
generatio fiat per vlteriorẽ decoctionẽ posset quis
arguere lac debere esse calide ⁊ nõ frigide cõplexio/
nis cum materia sit calida ⁊ agens calidũ. ¶ Ad qd̃
satis respondet Auicẽ. si notemus que dicit in capi/
tulo de lacte. cum dicit. Et lac quidem ẽ ꝓpinque di
gestionis ⁊ quo nõ cum sit generatũ ex sanguine qui
est in summo digestionis cui sup̃uenit digestio que/
dam alia q̃uis sit ex membro qd̃ ad frigus declinat
⁊c. ⁊ sic agens nõ erit calidum. ¶ Possem ẽt dicere
nõ esse incõueniens ꝙ ex obiecto calidiori p̃ actionẽ
caloris generari aliquod remissiꝰ calidũ: sicut vide/
mus dũ generatur sp̃ũs animalis in cerebro ex spi
ritu vitali calidiori: ⁊ fit tñ a calore nãli vt omnes vo
lunt tam medici q̃ phylosophi ⁊ fit s̃m finis exigẽ/
tiam. Uerum hanc disceptationẽ pro nũc dominis
theoricis

theoricis dimitto. Sed vt mere practicus ꝓ nūc suffi
ciat positiue dicere cū doctoribus ꝙ lac est tēperatū
vel tēperamēto vicinū ad frigidum ⁊ humidū paruꝫ
declinans. Et hoc voluit Galienus loco allegato.
Et hoc ex suis partibꝰ persuaderi pōt. Nā ī lacte tri
plicem reperimus substantiam: butirrosaꝫ: casealeꝫ:
⁊ aquosam. Et qꝛ butirrosa calida est ⁊ humida. Ca/
sealis vero frigida ⁊ sicca. De aquosa reperio discor/
dantes doctores. Naꝫ aliqui vt Auicen. Mesue ⁊ ali
qui alij ponunt aquam lactis calidaꝫ ⁊ humidā. Sꝫ
bonus Cōciliatoꝛ dr̄ia. c. xlviij. determinatiue tenet
aquam lactis frigidam esse ⁊ humidā ⁊ mouet rōni/
bus euidentibus quibus difficile esset respondere.
Et ad veritateꝫ si bene cōsideremus ꝙ pars butirro
sa in lacte est calida: pars casealis frigida. Si dicamꝰ
partem aquosam calidā que notabilis est ⁊ forte quā
titatiue maioꝛ ꝗꝫ totuꝫ residuum non possemus dice
re agregatuꝫ qḋ est lac esse temperatum aut ad frigi
dum declinare vt superius dictū fuit. Immo opoꝛte
ret concedere lac ad calidum declinare vt facile ꝓba
ri posset. Et sic videt̄ nō ꝑua discordātia quā adhuc
discussam non reperio. ¶ Tamē si volumꝰ cōcordare
dicta Auic. ⁊ Mesue cū his que dicit Cōciliatoꝛ pos
semus dicere saluo semper saniori iud cio ꝙ si cōside
remus lac in se solū ꝓut includit partem butriosam
⁊ aquosaꝫ sine alia cōmixtione. tūc veritatē ꝓbat Cō
ciliatoꝛ ꝙ aquosa pars est frigida. Si tū̄ ꝯsideremus
aquositatē lactis qua cōiter vtimur vt sepatam a pte
cesali virtute coaguli cū in illa pte aquosa remanse/
rit multuꝫ de virtute coaguli cuius effectus magnus
fuit in calefacieēdo: ⁊ cū videamus ex alia pte ipsam
aquositatē eē solutiuuā: sic possumꝰ dicere ꝙ est cali/
da: ⁊ hoc voluerunt auctores. ¶ Sed si qs dicat illa
virtus coaguli ita fuit applicata partibus terrestribꝰ
sicut aquosis ergo eadem ratiōe caseus erit calide cō
plexionis. ¶ Ad hoc respōderem ꝙ licet ita applica
ta fuerit magis tamen in aqua remansit impressio.
Quoniā actiones actiuoꝛū sunt in patiente ⁊ disposi
to. Etiaꝫ partes subtiles coaguli que calide sunt su
pernatant: ⁊ aquee cōmiscent̄ etiā in ꝯfectione casei
per compressionē exprimuntur a partibus grossis: ⁊
sic ī aqua remanēt. ¶ Cogitabūt alij si sit aliꝰ modus
cōcordandi: qꝛ Auic. capitulo de caseo circa princi/
pium dicit. In aqua vero casei ꝓpterea ꝙ in ipsa est
nitrositas acquisita ex sanguine. ⁊ sic nō videt̄ coagu
lo ascribere caliditatem quādam que ibi reperitur.
Sed hanc subtilitatē ꝓ nunc dimitto. ¶ Adherēdo
dictis doctorum tenendū est lac tēperatuuꝫ esse aut
tēperamento vicinū: ad frigitatem tū̄ aliqualr̄ decli
nare. ¶ Est aūt in lacte magna diuersitas. Naꝫ aliud
est lac hominis vl̄ mulieris: aliud est lac capꝛe. aliud
vace: aliud ouis: aliud camelli: aliud asine: aliḋ eque
aliud scrofe: ⁊ sic de alijs speciebus animalium. sed
ista solum cōmemoraui quoniam magis in cōmuni
unt vsu. ¶ Diuersificant̄ etiam lactis complexiones
ſm tempora anni: quoniā alterius complexionis est
lac estatis: ⁊ alteriꝰ lac hyemis. Sic pariter de vere
⁊ autumno. ¶ Cōtingit etiaꝫ diuersitas ex parte re/
gionum. Naꝫ lac in regionibus orientalibus differt
a lacte occidentali: ⁊ meridionale a septentrionali.
¶ Differt etiam lac ex parte etatis animaliū. Nam
alterius complexionis est lac animalis iuuenis: ⁊ al
terius senis ⁊ alterius media etatis. ¶ Nutrimenta
etiam siue pascua quantum variant aut variare pos
sunt lactis complexiones in sequentibus apparebit.

Est etiam diuersitas in lacte ex parte tp̄is quo cōser
uatur. Nā nouiter mulctū vt supꝛa est tēperatū: aut
tēperamēto vicinū. Quod vero diu cōseruatum est
acre ⁊ frigidū. Mediū vero medio modo se habet vt
vult Cōciliatoꝛ allegata dr̄ia. ¶ Repiri ēt pōt in la/
cte differētia ex parte regiminis aīalis. Nam aliud
erit aut esse poterit lac animalis famelici: ⁊ aliud aīa
lis cibati: aliud aīalis multum vigilātis: ⁊ aliud doꝛ
mientis: aliud aīalis exercitati: ⁊ alind quiescentis:
aliud aīalis vel mulieris vtentis regimine calido: ⁊
aliud frigido. ¶ Accidentia etiaꝫ animi multū opant̄
in variendo lactis cōplexionē. Quis dubitat lac ani
malis iocundi laudabilius esse lac aīalis tristabilis
aut melācolici quauis ḋ causa. Et ſm ꝙ istoꝝ accidē
tium anime aliqua calefaciūt aliqua infrigidāt ita in
lacte has varietates repimꝰ. Et ꝓpter hoc volūt me
dici nutrices pueroꝝ iocundas esse ⁊ ab ira tristicia
furoꝛe ⁊ talibus pꝛeseruari quoꝛū aliqua calefaciēdo
aliqua infrigidādo aliqua lac diminuēdo aut aliqua
mala q̇litate inficiendo summe nocere pn̄t. ¶ Adde
etiaꝫ hic ꝙ reperiri pōt diuersitas in lacte non tantū
ex parte lactis q̄ꝫtuꝫ ex parte: recipientium. Naꝫ idē
lac vni erit nutrimeutum cōueniens: qḋ alteri erit di
conueniens. Naꝫ Auicēna secūdo canonis capitulo
de lacte dicit. Amplius lac cuꝫ coꝛpoꝛibus ꝓpoꝛtio
nalitates habet quarū cause nō cōpꝛehēduutur. Si
cut etiaꝫ recitat Conciliatoꝛ de seipso dū videbat pa
nē infusuꝫ in lacte incitabat̄ ad vomitū. ¶ Diuersifi
catur etiam lac in coloꝛe: cum aliqḋ magis: aliquod
minus de albedine participet: ⁊ aliqḋ ad citrinitateꝫ
aut alium coloꝛē declinare videt̄. ¶ Item etiā in mo
do substantie: qꝛ aliquod spissum: aliquod aquosuꝫ: ⁊
aliqḋ mediū. ¶ Itē in sapoꝛe: qꝛ aliqḋ magis dulce:
⁊ aliqḋ minus: aliud acetosum aut alterius sapoꝛis.
Et dicit ¶ Auic. secūdo canonis capitulo de lacte.
Et scias ꝙ lac diuersificat̄ ſm species animalium ⁊
ſm etatē ⁊ si est parnū aut mediocre: ⁊ ſm foꝛmam
puta accidētalem sicut est leuis carnis aut dure pin
gue vel extenuatum album aut aliuꝫ hn̄s coloꝛem ⁊
addit ꝙ lac aīalis albi est debilius ⁊ citius descēdit.
Aristoteles vero tertio de animalibus capitulo vltīo
dicit qḋ lac mulierū nigrarū ē melius ⁊ pluris cibi q̄ꝫ
albarū. ¶ Habita igit̄ diuersitate lactis in genere vi
dendū est que sint lactis cōditiōes melioꝛes ꝓ infan
tiuꝫ nutricatiōe. ¶ Pꝛo quo dicit Auicēna secunda
pꝛimi capitulo de regimīe lactatiōis ꝙ lac laudabile
⁊ tēperatū est ī quo aquositas ⁊ caseitas sunt equales
⁊ cuius coloꝛ attinet albedini qui non sit fuscus nec
citrinus nec viridis nec rubeus: cuius odoꝛ sit bonꝰ
in quo non sit acredo nec ponticitas nec amaritudo
nec salsedo. ¶ Et cōis modus experiendi modum
substātie est ponere vnā guttā super vnguē: ⁊ tūc fa
cile est cognoscere eius spissitudinē vel nimiā humi
ditatem. Inter que bonū lac debet mediocritatem te
nere. ¶ Uult Auic. ibidē ꝙ nutrix debet esse bn̄ com
plexionata etatis inter. xxv. ⁊. xxxv. annū: bn̄ cōposi
tionata: boni coloꝛis: musculosa: hn̄s pectus ⁊ collū
foꝛte: media īter pīguedinē ⁊ maciletiā: hn̄s mām̄il
las satis grossas nō laxas bonoꝝ moꝛū. ¶ Et iō qdā
ꝓhibuerunt ne stolida lactet. ¶ Albertꝰ dicit ꝙ eligē
da est nutrix similis in cōplexione matri quātum est
possibile ⁊ hoc consonat rationi: quoniā nutrimētuꝫ
erit simile ei qḋ recipere consueuerat. Sed intelligo
dum mater est sana ⁊ bene complexionata: quia ali/
ter melioꝛ esset nutrix alterius ⁊ melioꝛis complexio

nis. Dicit etiam Albertus libro tertio tractatu secundo capitulo. ix. Et lac qd in mane prio venit ad mamillas est quasi purgamentuz: pp qd periti in arte lactandi precipiunt primo mane mulgere magnam ptem lactis nutrices ⁊ de residuo lactare infantes ⁊ duz lactant moueri infantem cu cantu. Motus tn cunaru dz esse leuis ⁊ cantus suauis: qr musica facit cu gaudio ⁊ leuitate spus recipe nutrimentu. Motus aut excitat calore ⁊ virtute in digestione que in infantib9 multu imersa est humido. Hec Albertus.

¶ Capitulu3 tertiu primi tractatus de diuersitate lactis in brutis ex specieruz diuersitate.



Quia sublimis ⁊ bonus deus donauit homini coplexione tpatiore qua in hoc mudo possibile est esse: vt dicit dux noster pria primi caplo de ꝯplonibus: facile est credere ꝙ lac mulieris e tempatu respectu cuiuscuq3 bruti: vt et volut oes doctores nemine discrepate: tum qr materia gnationis lactis videlicet sanguis in muliere est magis tpata: tu qr calidu3 agens et est magis temperatu: ⁊ sic lac mulieris vel via cibi vel via medicine ceteris oibus preferetur ⁊ merito. ¶ Sed post lac mulieris qd sit melius aliquale repio diuersitatez. Nam Raby moyses asserit ꝙ post lac mulieris lac suys siue scrose est meli9 Et h3 pro se hoc fundamentu: qr illa coplexio dz melius lac gnare que magis appropinquat humane complexioni: s3 talis est coplexio suys vel scrophe igif ⁊c. Argumentu est bonu cum maiore: ⁊ minor videf manifesta cu compositio porci in multis valde copositoi hois assimilef: ⁊ complexio satis insequif compositoez. Et sic credidit Raby Moyses post lac mulieris lac suys esse prestanti9. ¶ Et credo et sit fundamentu Galeni vt apparet ex Serapione libro aggregationum qui recitat de mete Galeni ꝙ lac mulieris est sanius maxime cuius corp9 est sanu3: no antique: pulchre: ⁊ tepate ꝯplexionis: cuius nutrimentu est bonu generatiuu bonoru humoꝝ: ⁊ post eu lac aialiu quoꝝ natura no est elongata a natura hois: sed est ꝓpe naturam hois. Et dicit ꝙ odor carnium significat supra bonitate lactis: qr sunt quedam aialia quoru3 carnes sunt fetide: sicut canis lupi vrsi: ⁊ queda3 carnes sunt boni odoris: ⁊ exeplificado dicit vt porcoꝝ pecudum capraru. Et addit natura naq3 eoꝝ est ꝓpinqua nature hois. Et ex his videtur Galenu3 affirmasse ꝙ post lac mulieris lac suys vel scrophe est melius cu ipsius natura sit ꝓpinqua humane nature. Et sic pro ista pte est auctoritas ⁊ ratio. ¶ Auicena tn scdo canonis capitulo de lacte: dicit ꝙ lac scrophulaꝝ est aquosu3 no maturu ⁊ si non erit melius. ¶ Auerrois vero quinto colliget dicit ꝙ meli9 est lac femininu: ⁊ post illud lac asine: ⁊ post illud lac capre: ⁊ iste spes lactis sunt subtilis sbe. S3 lac ouis est grossius: ⁊ ꝓpterea citi9 in sto caseaf. Sed vacinus est grossius ⁊ cum hoc butyrosius ⁊ pinguius. Et de lacte suys no loquie. ¶ Un in hoc magis adhererem opinioni Auicene ⁊ Comentatoris Auerrois ⁊ dicerem ad rationez Raby Moyses ꝙ complexio suys non ita appropinquat complexioni hominis: sicut compositio compositioni: licet etiam in compositione sit magna diuersitas: maxime in membris animatis ⁊ membris generationis: vt patet expertis in anothomia. Uel etiam concesso ꝙ complexio suys magis appropinquat complexioni hois: no pp hoc sequif lac suys melius ee debere: tu rone nutrimenti suys: tu3 rone voracitatis in comedendo q no paru faciunt ad lactis cruditate. Et nisi essent hec duo puta voracitatis in comededo ⁊ et nutrimentu satis militaret ratio Raby Moyses Serapionis ⁊ Gal. Et ideo vr tenendu cu Aui. lac suys non multu valere nec etia est in coi vsu. ¶ In sequedo igif dicta antiquorum dixit Philosophus tertio de naturis animalium caplo vltimo ꝙ lac camelli est tenuissimum respectu alioꝝ: ⁊ ipsu3 sequif lac eque: ⁊ post asine. Lac vero vacarum est spissum valde. Et ibidem dicit ꝙ lac quato spissius tanto caseatius idest aptu fm plures sui partes in caseum conuerti. Et hec pro tertio capitulo sufficiant: qm de lacte asine inferius videl3 capitulo penultimo tertij tractatus dicetur.

¶ Caplm quartum primi tractatus de diuersitate lactis ex parte aeris locoꝝ ⁊ nutrimentorum.



Ex parte aut aeris ⁊ nutrimeti coplexio lactis non parum variari pot. Na fm ꝙ aer calidus vel frigidus humidus ⁊ siccus: ita in aialib9 ibide habitatibus lactis coplexio varief. Et ita pariter de regionibus dicere oportet. ¶ Sed pro maiori noticia dicedoꝝ mouef questio. An lac hyemale frigidius sit ⁊ humidius q3 lac extiuum vel extiuale. Et videf ꝙ sic: qr cu tepore hyemis humores qui generanf sint frigidi magis ⁊ humidi q3 illi qui in estate. Etia superfluitates frigidiores: vt experientia demonstrat cum lac sit supfluu quodda ex primo capitulo: videf ipsum tepore hyemis frigidius esse debere. Et ꝓ ista parte facit auctoritas Auic. in. c. de lacte. secundo canonis dum dicit. lac vernale est aquosum coparatu3 ad estiuu3 ⁊ sic a fortiori lac hyemale. ¶ In oppositu tamen arguitur capiendo pro fundamento textu Hippocratis. prima aphorismorum. xv. aphorismo. Uentres vere ⁊ hyeme calidissimi sunt natura. Ex quibus elicif ꝙ in corporibus robustis ⁊ debite rectis teporibus seruatibus naturas proprias virtutes nales sunt fortiores maxie digestiua. Si ergo ita sit poterit meli9 agere in sanguine ⁊ perfectius ip3 imutare ⁊ in lac couertere. Et sic cu hec imutatio facta sit a potetiori calore presupposita paritate passi: erit lac generatum calidius. ¶ Ad qd rnderem saluo semper saniori iudicio ꝙ lac estiuu e alijs parib9 calidius q3 hyemale. Et hoc est satis rationale: qr sicut videmus de humorib9 ⁊ alijs etiam superfluitatibus ꝙ tempore estatis declinant ad calidu3 ita de lacte dicere oportebit. Ad argumentum vero cum dicebatur ex aphorismo. Uetres ⁊c. Calor in robustis corporibus est fortior. Cocedo de calore naturali. Ueru3 calor accidentalis vt aeris circundantis est valde potentior in estate: ⁊ hic calor multum facit ad generationem ⁊ humorum ⁊ superfluitatum in animalibus. Et ideo volunt doctores ꝙ tempore estatis lac est paucum: vt etiam docet experientia: tpe aut veris maxime multiplicaf precipue in brutis primo ꝓpter aeris teperametu: secudo pp pascuua que illo tpe sunt magis humida. Dicere3 igif ꝙ tpe veris in brutis maxime generaf de lacte ⁊ de bono. Io casei qui fiut illo tempore comuniter sunt meliores maxime de mese Madij salte3 in climate nro. In estate aute3 minoratur propter aeris ⁊ nutrimentorum siccitatem. In autumno vero licet ratione maioris temperatie aeris lac multiplicari deberet: quia

tamen

tamen incipiunt nutrimēta deficere ⁊ sunt magis sicca
pp preteritā estatis caliditatē ēt qꝛ virtutes sunt debi/
liores lac minoraꝛ licet credam absolute maioris esse
quātitatis q̄ꝫ in estate ⁊ ēt q̄ꝫ in hyeme aliorum semp
posita paritate. ¶ Et dicit Philosophꝰ tertio de natu
ris aīalium ꝙ quāto aīal magis elongaꝛ a partu tanto
minus hꝫ de lacte. Vñ quedaꝫ aīalia dant lac per mul
tum tēpus ⁊c̄. Mulieres maxime dant lac per multū
tempus ꝓpter finem cuꝫ ex eo debeat infans nutriri
notabil tempore videlicet duobus annis vt cōiter fit.
¶ Volunt etiā doctores ꝙ lac capre est minus humi/
dum ⁊ minus lesiuum stomachi q̄ꝫ aliorum animaliuꝫ
propterea ꝙ comedit folia ⁊ extremites rubi ⁊ alia fo/
lia stiptica licet sua complexio ad hoc cōcurrat: ⁊ ideo
nō sic faciliter acetosa. Et in stomacho ⁊ sic imaginari
possumus in alijs animalibus lac variari variato nu/
trimento. Unde videmus in locis montuosis vbi aer
liber est nasci herbas odoriferas: ⁊ sic caseos fieri me/
liores q̄ꝫ in locis paludosis. In locis etiam tempera
te humidis in quibus herbe bone generanꝛ videmꝰ
caseos fieri bonos sicut in riparia padi cōmuniter du/
rie ⁊ sturie ticini circa montes: ⁊ vltra montes in ripa
ria leridis secane. Sene ⁊ alijs in quibus partibus ca
sei boni ꝯficiunꝛ vt inferius ꝑticulariter ostendetur.
¶ Certū ēt est ꝙ in regionibꝰ excessiue calidis vt sunt
oriētales ⁊ magis meridionales ⁊ valde fridis vt sunt
septētrionales nō potest cōiter lac bonum generari:
nec cōsequēter fieri casens bonus. In locis auteꝫ me/
dijs vt tēperatis vel temperamento vicinis lac copio
suꝫ ⁊ bonū generaꝛ ⁊ inde casei meliores. ¶ Dicit Al
bertus libro tertio tertio tractatu secūdo capitulo no/
no de naturis aīalium ꝙ pascua lactifera faciunt ad la/
ctis abundantiā. Et Philosopꝰ tertio de naturis aīa/
lium vltimo capl'o dicit. Et debemus scire ꝙ quedaꝫ
pascua minuūt lac ⁊ maxime lac animalis ruminantis
vt melga ⁊ quedam multiplicant vt orobꝰ: ⁊ addit ꝙ
orobus nō est cōueniēs oībus impregnātis quoniaꝫ
aggrauat partum. Et ibideꝫ ponit ꝙ in regione certa
sunt vace ita magne ꝙ opꝫ homineꝫ mulgientē vacas
stare pedes: ⁊ sic oīa quadrupedia sunt magni copis
preter asinum. Et Albertus dicit hoc esse pp siccitatē
cōplexionis asinorum ⁊c̄.

¶ Cpl'm quintū primi tractatꝰ. De diuersitate lactis
ex parte aīaliuꝫ eiusdem spēi diuersoꝝ tñ pillorum
⁊ ex parte etatis ipsorum.



Uia de diuersitate lactis ex ꝑte diuer/
sitatis aīaliuꝫ satis dictum est in
aīalis tamē eiusdē speciei videmus varia/
tionem in lacte ꝓpter varias aīalium com
plexiones ꝙ nobis maxime manifestaꝛ ex
colore pillorū suorum: vnde cū albedo pilloꝝ attesteꝛ
frigiditati: ⁊ ꝓpter hoc dicunt auctores: vt in secūdo
capitulo dictuꝫ est ꝙ lac aīalis albi est debilius ⁊ citiꝰ
descendit: hoc est merito frigiditatis ⁊ humiditatis: ⁊
ideo est paucioris nutrimēti: vt voluit Philosophus
loco allegato. Erit dicēduꝫ ēt cuꝫ Philosopho ꝙ lac
aīalis nigri erit calidius ⁊ maioris nutrimēti lacte aīa/
lis albi alioꝝ posita paritate. Si igitur albedo frigidi/
tatē arguit ⁊ nigredo caliditatē cuꝫ hi sint colores ex/
tremi vr̄ ꝯcludendū ꝙ colores medij arguere debeāt
tempamentuꝫ: ⁊ sic vace ⁊ capre coloris rubei dabunt
lac magis tēperatū. Et hoc ēt ēvulgarē apud mulie
res que querentes lac pro infirmis volunt vt a capra
rubea sit extractū. Et licet rōnē ignorēt nō tñ sine bo
na cā dictum est ⁊ forte a peritis medicis audiuerūt.
Et sicut de colore rubeo dictuꝫ est ita de alijs medijs
coloribus intelligo. Sed magis de colore rubeo exē
plum dedi qm̄ ille ē inter colores medios magis cōis
in brutis lac generātibꝰ. ¶ Tenendū igiꝛ ꝙ aīal colo/
ris medij: puta nō album neqꝫ nigrū lac habebit ma/
gis tēperamēto vicinū: quāto tñ magis ad albedineꝫ
declinabit tanto frigidius: quāto vero magis ad ni/
gredinē tanto calidius. Nec obstat dictū phylosophi
superius allegatū ꝙ lac muliarū nigrarū est melius ⁊
pluris cibi q̄ꝫ albaꝝ: nam cōparat phs extrema adin/
uicem. Mediocritas tñ melior est iudicio meo nec cō
trariuꝫ dicit phs: cum ēt color medius inter album ⁊
nigrum attesteꝛ temperamēto vt alibi videndum est.
¶ Ex ꝑte ēt etatis est diuersitas in lacte. Nam lac iu/
uenis aīalis est calidius in quacūqꝫ spē fuerit. Lac vō
aīalis senis est frigidius. ¶ Sed de hūiditate ⁊ siccita
te est aliquale dubiū. Cum cōplexio senum sit nāliter
sicciorq̄ꝫ iuuenuꝫ ⁊ sic lac deberet esse siccius. Cuius
tñ oppositū credo: cum ēt experiētia doceat ex eadeꝫ
quātitate lactis plus de caseo ex lacte aīalis iuuenis
generari q̄ꝫ senis. ¶ Et iō dicerē ꝙ in lacte aīalis se/
nis est plus de humido accidētali qꝺ facit ad casei di/
minutionē: ⁊ ideo dato ꝙ in lacte senis sint alique par
tes magis terrestres: tñ pp accidētaleꝫ humiditatem
cōmixtaꝫ cōtingit ex eadeꝫ quātitate minus de caseo
gñari. Eritqꝫ in fine talis caseus resolutis illis humi
ditatibꝰ magis terrestris ⁊ durioris digestionis. ¶ In
primo tamē partu ⁊ etate valde iuuenili nō credo lac
ita perfectuꝫ esse sicut in media etate. Et ideo non sine
causa precipit dux noster loco allegato nutrices debe
re esse etatis medie videlꝫ a. xxv. vsqꝫ ad. xxxv. annuꝫ
in quo tempore est etas media mediū tenēs maxime
inter humiditatem ⁊ siccitateꝫ: qꝺ multum attendere
oportet in nutricatiōe infantiuꝫ. ¶ De magnitudine
etiam animaliū dicit Auerrois quinto coliget ꝙ ani/
malia magni corporis sunt magis terrestria ⁊ que par
ui econuerso. Sꝫ super hoc multa dici possent. ¶ Ex
parte autem pinguedinis ⁊ macilentie certum est lac
animalis pinguis humidius lacte aīalis extenuati: ⁊
ideo mediocritas ēt laudatur inter macilentiā ⁊ pin/
guedinem: vt dux noster Auicēna secūda primi alle/
gato capitulo ⁊ sic apparent cause differentiarū lactis
tam in genere q̄ꝫ in specie

¶ Capituluꝫ sextuꝫ primi tractatus de modo ⁊ cau/
sis coagulationis in genere.



Ossent in hoc capitulo plura ⁊ sin
gularia dici colligēda quar
to methauroruꝫ: sed maiorem facerem di
gressioneꝫ q̄ꝫ subiecta requirat materia ⁊
pn̄tis negocij semitas excederē. ¶ Suffi
ciat igitur pro presenti capitulo scire. Prio ꝙ mate/
ria subiecta coagulationi est terra ⁊ aqua: vt Phyloso
phus quarto methauroꝝ. Secundo ꝙ causa agens ⁊
virtutis ⁊ morbi dispositionibus: ⁊ adinuicem com/
paratis. Si bona signa preualuerint pronunciet de sa
lute. Si vero ecõtra de perditione semper tamen pro
nunciando: ⁊ in sermone sit medicus dubius. Dixit
enim Auicenna secunda quarti. Cum apparuerint si/
gna mala timorosa premittimus sermonẽ in perditõe
inde ad plurimum contingentẽ. Nam quis aliqñ mi/
rabiľr sanatur absqz spe. Et iõ Gal. sexto aphorismo
rum dixit. Oportet medicum studiosum esse: vt non
aliquid absolute predicet. Nam morboruz ⁊ precipue
acutorũ: non omnino certe sunt pronunciationes salu
tis aut mortis: lz neqz cronicorũ saltem quo ad eoruz
initia: qd̃ ꝓpter nature diuersitates euenit in ordina/
tionẽ. Cum enim monstruositates interdum occurrãt
in egritudinibus veluti in naturis. vt habet Auerro.
septimo colliget. Erũt sapientes medici: sicuti ⁊ astro/
logi iudicia in ꝓnosticãdo cõditionibꝰ alligata ꝯtinue
quasi multiplici intellectu: veluti que spirituũ ꝓnũcia
tiões prestãt: vt dicať exempli grã morbo mortali exi
stẽte. Ita solet in talibꝰ casibus contingere: ⁊ raro alr
cõtingere solet ẜm naturã: nisi alia emergãt synthoma
ta: non tñ necessario. Vel aliter dicat certe mihi vi: ꝙ
si cõstant q̃ apparẽt: ⁊ aliud nõ superueniat: qd̃ puto
nõ supuenire: hic morieť. ¶ Obseruare. n. hãc prono
sticationis diligentem cautelam docet nos Galenus
secũdo interiorũ dicens. Semper ẜm totam vitã meã
me ipsuz ab audaci cõfessione abstinui: ⁊ medicans v∫
qz ad senectutem: nunq̃z vsqz hodie erubui ẜm curaz
vel pronosticationem vt alij gloriosissimi medicorum.
Utebatur enim Gale. cautelosis canonibus eius de/
terminantibus pronunciationẽ perfecte vocibus con
ditionatis: ⁊ quasi duplicibus: vt apparet lib. interio/
rum. ¶ Euasuros aũt cuz necessitate conditionata di/
cta pronunciabit medicus sic dicens. Iudico ipsum
euasurum a morbo. Si medicũ diligentem habuerit.
Si etiã patiens ipse fuerit obediens: ⁊ ministros ha/
buerit idoneos. Et si preparata fuerint: vt decet extri
seca necessaria. Et nisi aliquid superuenerit qd̃ tñ nũc
non apparet. ¶ Quod si medicus astringatur absolu
to loqui debere sermone: vt plerunqz fit tunc si egritu
do ex toto suo genere sit salubris: vt ephimera vera ⁊
principiũ ethice: aut mortalis: vt ptisis aut ethice spe
ciei. Et similes: dicunt sapientes. Effundat medicus
sermonẽ suum: aperte salutem vel mortẽ de eis predi
cens: ⁊ ꝓcipue de determinatione egritudinis certissi/
mis apparentibꝰ signis. ¶ Si tamen contingeret egri
tudinis ꝓcessum ad bonũ vel ad malũ medico dubiũ
esse: vt plurimũ fit: qñ signa mortalia in virtute cõpa/
ria fuerint salubribus: ⁊ ecõuerso bona cautela est petẽ
tibus non rñdere. Sed quibusdã verbis interiectis:
ab eis discedere: aut eosdẽ a proposito diuertere trãs/
ferendo eos in sermone ad aliam materiã. ¶ Quod si
magis astringať ad ꝓnunciandũ: dicat medicus vt ꝑe
titioni illoꝝ ita instantium satisfaciat. Ego expecto fu
tura quedã vt motũ in talidie aut tale accidens vel ali
quod hmõi. Non enim debet medicus ad interroga/
ta subito respõdere: sed prius super interrogata cogi/
tet. Ait enim Damasce. Si interrogatus semꝑ veloci
ter respondes dubitandũ esse. Silere enim tutius est
⁊ satis existit laudabile medico ⁊ aures vt aiunt pro/
uerbio porrigere mercatoribus. Naz melius est silere
q̃z male loqui: siue q̃z ꝙ tu erres: vt a Galeno scribiť
secõ meracristos secundo capitulo. Qui enim tacet: in
hoc vno peccat ꝙ tacet. Sed eum qui loquiť in mul/
tis errare contingit. ¶ Et oĩo si egritudo nõ fuerit de
numero oĩo salubrium: neqz mortalium: sed vt aiunt:
suspectosa facientium medicum in iudicio titubare: tu
tius est ⁊ vt dicitur honorabilius egritudinẽ periculo
sam ponere ⁊ casum aggrauare: imo ⁊ periculũ mor/
tis venture patientis pronũciare: dato ẽt ꝙ egritudo
talis de suspectosis esset debilis: vt flegmatica conti/
nua a pauca materia non maligna dependens: qm̃ si
patiens errore sui: vel astantiũ: vel extrinsecoꝝ dimi/
nutione: vel aliquo tali casu consimili ad malũ conuer
teť: ex ea licite medicus excusabiť. Neqz erit de eo su
spitio apud amicos ⁊ affines patientis excusabiť ⁊ di
cent medicum a principio etiã sic vidisse ⁊ iudicasse.
Si vero ex ea patiens saluabitur: a vulgo diceť medi
cũ ipsum penitus liberasse ⁊ a patiente sanitati restitu
to laudem maiorẽ ⁊ amplius premium medicus con
sequetur. Et vt sic ad vnum dicerem: medici est suspe
ctas egritudines aggrauare: debiles vero eaꝝ in du/
bio ponere. In hoc tamẽ modus adsit. Sic. n. se hñs
medicus: neqz erubescet: neqz dictoꝝ suorũ eũ penite
bit. ¶ Nõ presumet medicus in egritudinibꝰ alicuius
momẽti corã patiẽte: siue litteratus fuerit siue nõ ver
buz aliqd̃ proferre: imo nec gustu ostendere aliqd: vñ
possit eger suspitionẽ sumere: aut de sua salute diffide
re. Et si ipse medicꝰ ⁊ ẽt infirmus de salute desperent:

E

ꝑꝑ qđ sermones ꝓnostici medicoꝝ saltem ad malum
per se nō terminantur ad patientē: sed ad amicos vel
ad alios. ¶ Cunqꝫ medicus non hꝫ de patiēte certaꝫ
pronosticationem non respondeat a se petentibus: sed
verbis quibusdam interiectis discedat: a petentibus:
neqꝫ iudicet de natura egritudinis: si de ea suspicetur
propter aliqua signa apparētia: immo taceat: ⁊ statuat
dietam particularem in cena vel prandio cum reme/
dio vniuersali: ⁊ interim cogitet: ⁊ iterum visitet infir
mum. Et morbo certe cognito ordinet dietā vniuer/
salē ⁊ remedia spālia vt videaẜ artificialius opari in ali
quo morbo salubri: lꝫ accidētia fortia non videantur.
¶ Si pōt vtaẜ medicus aliquo remedio nō noto: ne/
qꝫ nomē illiꝰ remedij vulgo dicat: vt grā exēpli yera.
¶ Si in egro appuerint signa mortis: ⁊ medicus pci/
piat aliqđ signū bonū nō muteẜ a ꝓposito: nisi illud ꝑ/
māserit: ꝓnūciaturus medicꝰ mortē infirmi id faciat si
mulata mestitia: vultu demisso ⁊ voce sublata. id tñ ne
cessariū eē nō dicat ne deo derogare videaẜ. Nisi eēnt
mortis signa apparētia: tunc dicendū est salutē ipsius
nutu diuino cōtingere: siue miraculose. Neqꝫ postq̄ꝫ
iudiciū deposuerit de morte medicus id reiterare ve/
lit: nisi scitenẜ qui sunt eius. Quod si reiterabit videbi
tur quasi vt de hoc letetur tanq̄ꝫ ex suo ꝓnostico glo/
riam habiturus. Plurimi. n. vanagloriosi medicorum
cū predixerint perniciē predicantes inhiant eius mor
tē: neqꝫ forsitā necessaria saluti ministrātes vt aliquos
scit audire vana gloria sue pronunciationis deductos
iam euasuros medicinis mortificasse donatis. Simi/
liter ⁊ astantes illi deuiant famulari: vt ait Concilia/
tor. ¶ De salute aūt iudiciū depositurus medicus ser
monē amplificet: ⁊ letū se ostendat: nunq̄ꝫ vero sic de
morte. ¶ Non ꝑ̄sumat medicus alicui patiēti infra li/
mitatū tp̄s salutem ꝓmittere: sed fideliter se operatu/
rum iuxta doctrinā sapientū. ¶ Quantū aūt ad reme/
dia exhibenda post ꝓnosticationē dataꝫ caute incedat
medicus ad actū curatiuū. Dietā itaqꝫ ⁊ regimē egri/
tudini ꝓportionatū in sex rebus nō nālibus prio or/
dinādis anteq̄ꝫ ad medicinale regimē descēdat. Pre
cipit. n. Hippocrates: vt ait Halyabas: medele infir/
morum ꝑ cibos ⁊ medicamina regimini medicū ope/
ram dare debere. ¶ Lectū in primis in quo residet pa
tiens q̄ꝫ munduꝫ disponat: ⁊ in pluribus locis egritu
dinum redolentē. Cum in nouatōe aeris mane ⁊ ves/
pere ꝑ aptionē fenestrarū ⁊ hostij: nisi fuerit de egritu
dinibus hoc ꝓhibentibus. Sit vt in pluribus medio
cris luminis. Dixit. n. Gale. ad Glauconem libro de
febribꝰ. Lucidus ⁊ calidus locus relaxat corpus. Fri
gidus ⁊ obscurus cōstringit. Mediocriter aūt his tē/
peratus mulcet ⁊ tēperat. Precipiat patienteꝫ situari
in lecto firmo nō vacillāti. ¶ Exercitiū vel fricatiōes
vt decet ꝯm exigentiā ⁊ virtutis tenorē egritudine id
poscente. Similiter ⁊ quietem. Somni ⁊ vigilie quā/
titatem cōuenientem metiendo precipere. Et euacua
tiones debitas ordinare. Ipse tamen medicus cly//
steria non imponat: vt fecit amicus ille in cura cuius/
dam ancille: dolore ventris laborātis que existimans
dolorem illum esse colicum: ei imposuisset clystere:
que post impositum clystere: quia pregnans erat ami/
co illo id nesciente ancilla peperit infantem. ¶ Et hu
ius generis sunt abstersio sordium ab ore infirmi: ⁊
purgatio muccositatum ex naribus: ⁊ gutture: ⁊ gar/
garismatibus. Fit enim inde liberior transitus aeris:
⁊ sibi sapor melior: quibus locis non expurgatis re/
manentibus sordibus inficitur aer. ¶ Et accidentiuꝫ
aīe ea que ad apdellandū infirmitatē cōgruāt. ¶ Pre
cipiat medicꝰ ex cibis vero ⁊ potibꝰ congruis in quan
titate ⁊ qualitate debito tempore ⁊ ordine patienti of/
ferendis eligat: qđ magis salutare est. Quod si aliquā
do cibus talis vel potus parum malus fuerit: infirmi
tamen appetui plurimū confirmis nō est patienti to/
taliter denegandus. Ait enim Hippocrates secunda
particula aphorismorum. Parum deterior cibus ⁊ po
tus delectabilia vero melioribus: q̄ꝫ in indelectabili/
bus magis appetenda sunt. In hoc tñ modus nō ab
sit nec omnino prohibendo nimiū rigorosus ⁊ seuerꝰ.
Indulgendo autem ex toto nimium licentiosus no/
tetur. ¶ Expedit autem plurimū medico insistere in
ordinanda dieta etiam hoc cum mulieribus in cibo ⁊
potu: cibaria alterando vinum limphando: aquaꝫ co/
ctam vel aliter preparatā ordinando ⁊ alia huiusmo/
di: etiā vsqꝫ ad minuta disponendo: gustando: odorā
do: immo ⁊ aliquando prelibando ⁊ ponderādo seu
mensurando quecunqꝫ sunt exhibenda. Sic enim ac/
curatior medicus iudicabitur: vitabitqꝫ negligentie
vel inaduertentie notam. Ita tamen in singulis his ⁊
consimilibus medicus modum obseruet: vt tamē sal
uo eius honore nō fungatur mulierum neqꝫ astātiuꝫ
officio. Sic enim vilipēderet seipsum. ¶ Erit medicꝰ
magis sollicitus de dieta q̄ꝫ de potione aut chyrur/
gia. Unde Damascenus. Si dieta curare poteris pro
sperā inuenies. Propter qđ Gale. primo regiminuꝫ
acutorum dixit: ꝙ medicus debet habere duos ocu/
los. Dextrū attentū ad virtutem: dieta. s. conseruan/
dam: ⁊ sinistrum ad egritudinē depellendā ⁊ fugien/
dam per potionem ⁊ chyrurgiā. ¶ In singulis visita
tionibus studeat medicus aliquid noui facere vel or
dinare: vel mutare: subtrahere: vel addere: ne frustra
videatur omni vice visitasse. ¶ Ad vsum tamen medi
cinarum: si deuenire opus fuerit: vtatur medicus mi
tioribus ⁊ nature magis familiaribꝰ. Erit igitur ī vsu
eius medicina potius cibalis q̄ꝫ vera ⁊ pura medici/
na. Nam blandiri corporibus humanis patientibus
magis prestat: ⁊ hoc si cura blanditiua sola morbꝰ de/
pelli possit. Paret itaqꝫ medicinas iocundiores ⁊ sa/
pidiores. Unde Damascenus in aphorismis. Medi/
cina que tēperamento vicina est odorifera. Si ꝯm eā
cibus fieri possit optimum esset medicinarum virtu/
te tamen integra seruata: vt inquit Galenus. Et in lꝫ
bona cautela obseruetur: vt cum brodio aliquādo ex/
hibeatur: vt māna ⁊ aliqua consimilia. Laudauit enī
Damascenus in aphorismis suis quietem super po/
tionem: idest dimissionem medicine. Unde Galenꝰ
octauo memiri dixit. Cibi apud ea que nutriuntur:
idest membra familiaritatem ꝯm bonam substantiam
habent: quod est maximum. In curis passionuꝫ que
fiunt ꝯm discrasiam: optime enim operantur ea que
cum hoc ꝙ sanant discrasiam possunt nutrire. ¶ Ad
puras vero medicinas conuersus medicus: si opus
fuerit: eas potius paulatim q̄ꝫ subito prestat appro/
ximata: ⁊ exterius magis q̄ꝫ interius: hoc tamen fa/
ciendo: prout sanande dispositionis requirit necessi/
tas. Solutiuas medicinas quoad fieri potest deuitet:
earum vsum differat. Qđ si eis vti oportuerit expe/
dit vt eas cognoscat medicus quas ordinat vt non or
dinet pro salute letiferā. ¶ Cauere quoqꝫ dꝫ ne in sub
stātia eaꝝ sint sophysticate: alr̄ falsificate: ne sint in eaꝝ
dosi variate: ac sint corrupte: aut nimia vetustate con/
sumpte spiritū nō hn̄tes: eas quoqꝫ vel ꝯsolatas: vel
ad eoꝝ cōsolationē protinus intēdat. ¶ Caueat medi
cus vsum

cus vsum medicinaꝝ oppilataꝝ: vt possibile est: ⁊ cuꝫ
eis indiguerit eisdē refractis: ⁊ potiꝰ exterius q̄ꝫ inte/
riꝰ: ⁊ ꝑ inferius magis q̄ꝫ supius approximatis vt p̄/
cipit Mesue ī sua ꝯsolatōe mediciaꝝ. ¶ In cura egri
tudinis nō dātis inducias: vt doloris intēsi colici vel
squinātie: expedit medico ꝓmptū eē ⁊ solertē ⁊ copio
sum in exhibēdis remedijs gradatim vnū post aliud
sine intermissione administrādo. plurimū enim laudā
dus est medicus copiosus in remedijs presentaneis.
¶ Expedit tñ medico vt cautus sit ſm discursuꝫ tem/
poꝝ distinguere antiquorū canones: qm̄ natura hu/
mana ⁊ oium inferiorū permutata ⁊ imbecilior facta:
ꝯtinuoqꝫ labit̄ ī defectū: vt denotat stature minoratio:
corpoꝝ robur: oꝑationū ꝑfectio: oia diminuta ⁊ vite
abbreuiatio. Facit aūt ad hoc nō parū prauū ⁊ inordi
natū viuētiū his tēporibꝰ regimen. Genus. n. huma
nū: teste Galeno de regimine sanitatis in gulositatem
lapsuꝫ: in icōtinentiāqꝫ precipitatū: de curato factū ē
discretū: pp qḋ semen eius est tale ⁊ qḋ ex tali semine
nascit̄: inde generat̄ discretū modicum adhuc viuēs:
quo fit: vt imbecili nature humane iam facte multaqꝫ
olim fuerunt remedia potētia vel salubria hodie vel
sunt mortalia vel debilia vel inutilia. ¶ Testis ē mihi
Serap. ı̄ primo breuiarij dicens. helleboꝝ nigrū qui
securior est albo nunc esse diuidendum: ⁊ helleborus
albus tp̄e Mesue erat intolerabilis: sicut venenū per/
niciosum pp debilitatē nature. Recte ergo dicit̄ medi
cis nr̄i tp̄is quos mūdi labor agitat antiquoꝝ dogma
te ſm tp̄a distinguite: ⁊ effectū nāe oī intētione libera
te. ¶ Expedit medicū recte cōsiderare patientiū diuer
soꝝ naturas diuersas: vt caute ꝓcedat. Unde Gal. su
per vltimo epidimiaꝝ Hippocratis: ait quosdā tales
esse qui delectationibus se ⁊ eoꝝ desiderijs cōtinēt: ⁊
aliqui ecōuerso bene se ab illis continent. ¶ Terrebit
igit̄ medicus ⁊ ex officio suo trepidabit patientē inor
dinatū ⁊ incōtinentē: sibi quoqꝫ efficacia p̄dicēs q̄ ide
pn̄t sibi accidere incōmoda ex incōtinētia. Et si persi/
stat incontinens aliquātulū cōdescēdēdū est illius de/
siderijs. ¶ Dixit Gal. sexto mymir qui regulari vtit̄
metado: ⁊ cū hoc cognoscit simpliciū pharmacoꝝ vi/
res: nunq̄ꝫ carebit auxilijs: siue moret̄ in nemore: siue
agat aliqḋ opus in agro: siue sit in itinere pharmacijs
carens sicut Erasistratꝰ scribit ꝙ curauit se cū rubi suc
co: nō pn̄te in illo loco alio pharmaco. Si acciderit pa
tientē nolle vti remedio sibi administrato: vt aqua su/
mach: que cōfert in dissinteria ⁊ fluxu ventris: colorā/
da est ad sil'itudinē vini: ⁊ dicere eā esse vinū limpha/
tū. Sil'r de vino granatoꝝ: dicendo patienti ꝙ est vi/
nū veꝝ sed paucifeꝝ. ¶ Caueat medicus approxima/
re fomentationes infrigidātes vel embrocas circa ali/
qḋ mēbrū tēpore crisis neqꝫ tp̄e sudoris videlꝫ in de/
clinatione paroxysmi pluriū febriū. ¶ Expedit medi/
co: si post exhibitū pharmacū solutiuuꝫ nō sequat̄ in/
de solutio inculpare astātes vel malū regimē infirmi:
vt ꝙ dormierit vel nō dormierit sup assumptū phar/
macū: vel ꝙ exposuerit se aeri: vel vento: aut ꝙ iratꝰ
⁊ cetera similia. Nō dꝫ medicus cuicūqꝫ dolori leui cō
tingenti in febribus exhibere medelaꝫ nisi excesserit.
¶ Si egrotātēꝫ in periculo vite derelinquat medicus
nō reuertat̄ ad eū ne forte obiens frenesi: obuiet fune
ri vel exequijs illius: sed mittat̄ famulus vel nūcius:
vt inquirat de statu illius. Et bona cautela est: vt si ve
spere illū visitaueris: ⁊ derelinqueris illū valde aggra
uatū ita vt dubites de eiꝰ morte in nocte dicas illis ḋ
domo illius vt bene tēpestiue significent tibi de statu
illius. Si mane venerit nūcius iam inotescet tibi ḋ cō
ditionibus patiētis. Si nō veniet: iaꝫ ꝯiecturari pote
ris de eius morte. ¶ Fugiat medicus quantū possi/
bile est morituros: neqꝫ valde propīquis morti aliqḋ
operetur: ne si moriatur cito: dicat̄ se illum interfecis/
se: neqꝫ sit presens dum homo moritur.

¶ De spāli cautela circa aliq̄s morbos: ⁊ corpa. R.



Expedit medico eoꝝ corporū cu/
rā renuere ex quoꝝ cura
facile pōt incurrere infamiam: sicut preci
pue sunt infantes: p̄gnantes: ⁊ oculoruꝫ
egritudines. Laborantibꝰ p̄terea lapillo
nullū excidat: sed ex p̄te eius artis hoc negociū ꝑmit/
tat medicus: vt p̄cepit Hippocrates in suo iureiuran
do. ¶ Caueat igit̄ medicus dū pregnātes curat si con
tingat eas curare ne pregnāti exhibeat medicinā: nisi
quā qui sunt de familia eius preparāt: vel saltē bene
noscant: sicut ius pulli: mānam: ⁊ talia leuia. Quod si
ad fortiora deueniēdū sit: sicuti ēt ad flobothomiā ca/
ueat ne solus talem prouinciā aggrediat̄: sed sociū ha/
beat: ne solus iputet̄ de aborsu: si cōtigerit. ¶ Sit me
mor si ad ꝓuocationē aborsus aliquo speciali casu du
citur minꝰ malum esse in principio impregnatiōis: q̄ꝫ
vltra ꝓcedēte: q: nō est tante ꝑfectionis. ¶ Obseruet
p̄cepta Hippocratis in iureiurando. Nullius rogatu
mortiferum venenū alicui det medicus: neqꝫ id cuiq̄ꝫ
consulat: neqꝫ assignet: neqꝫ qḋ significet: neqꝫ de eo
loquat̄: neqꝫ p̄gnāti mulieri ad interficiendū fetū po
tionē porrigat: neqꝫ cōsulat: imo ꝓtinꝰ deneget neqꝫ
quale: aut qḋ sit cuiq̄ꝫ cōmemoret: ⁊ petentē corripiat
⁊ reprehēdat. Quod si reprehensio nō ꝓderit ꝯ̄ tales
proteruo vultu omnifariā est insurgēduꝫ. ¶ Ad me/
delam corpoꝝ neutroꝝ vt nunc nō statiꝫ approximet
medicꝰ solutiua fortia: vt pillu. cochias: vel aliḋ hmōi
q: multi taliuꝫ/ ⁊ multotiēs euadunt ꝑ solaꝫ dietam: ⁊
passio per ꝯstitutōeꝫ aeris sequētibus diebus ex se re
cedit nullo adhibito medicamine.

¶ De mercede medici accipienda.



Licet intentio medici nō debeat eē in
medēdo ad pecuniā: sed a deo
retributionē ⁊ meritū expectare: auctore
Haliabate. Attamen q: expedit medico
quoad fieri pōt celeriꝰ: vt eger cuiꝰ cura
salutis sibi cōmissa est sanitati pristine restituat̄: p̄cipiē
te Hippocrate in suo iureiurādo: medicū nemini egri
tudinē dilatuꝝ. Egritudines. n. cū ꝓlongant̄ nō relin
quūt medicū oino imunē ab infamia/ saltē apud vul/
gares. ¶ Inter ea aūt que opitulant̄ veloci saluti ē vt
patientē: ⁊ qui sui sunt pro viribus alliciat ⁊ obliget:
vt mādatis suis obediant. Ideo studium medici sit: ⁊
ꝙ nō sit postponēduꝫ vt a patiente suo decenter satis/
fiat. Sic enim medicus maioris apud illuꝫ efficiet̄ au
ctoritatis: illuꝫ excellentiorē iudicat ipsum sibi ad hu/
manaꝫ cōmunicat politiā. Illi oēs obtēperare conā/
tur: ne amittant̄ expense: sicqꝫ demuꝫ citius sanatur.
Iuxta illud. Empta solet care multis medicina iuua/
re. Si data sit gratis nihil cōfert vtilitatis. ¶ Triplex
autē est modus se hn̄di patientis ad medicuꝫ. Unus
quo patiēs dr̄ diuinꝰ: respectu medici: ⁊ hoc qn̄ infir/
mus vehemēti langore cruciatꝰ medicum deprecatur
de restituēda corporis sanitate. Diabolicꝰ vero: duꝫ

ſanitate iam adepta medico vt decet nõ ſatiſfacit: illuꝫ
negligit medico obuiãs: illuꝫ fugit veluti diabolicis
veſtigijs cõſignatũ. Sꝫ humanus: ſi patiẽs dũ ſanat:
⁊ poſt adeptã ſanitatẽ medico iuxta merita ſatiſfacit il
lũ ſibi reputans dñm ⁊ amicũ. ¶ Mercedẽ igit condi
gnã ſine ĩtermiſſione recipiat medicus. Neqꝫ vnq̃ꝫ ſit
oblati negator. Niſi fortaſſe ſibi qd priꝰ intulerit tãti ⁊
maxie cũ minor aut mediocris fuerit medicꝰ. Dignꝰ
eſt eniꝫ mercenariꝰ mercede ſua. ¶ Meminerit medi/
cus artẽ medicinalẽ: ⁊ p̃cipue curatiuã marti aſcribi oĩ
bus fere planetis odioſioris irremunerationis obtur/
gio: ⁊ oĩs ingratis datori: pp q̃ꝺ expetit medici nego
ciũ ne decipiat primitꝰ firmare niſi patiẽs magnificus
fuerit: ⁊ curialꝭ: vel fuerit tibi affinitate ꝯiũctꝰ: aut pau
per: ex hoc. n. cẽtuplũ accipies. Ex alio lex affinitatis
ſuadet. Paupes vͦ ⁊ egeni nõ ſunt opprimẽdi neqꝫ
deſerendi intuitu ſaltẽ pietatis: cũ inde cõſurgat me/
dici laudabilis fama. Q̃ꝺ. n. abundanter medicus ac
cepit paupculis velit amore bonitatis Saluatoris nr̃i
ĩpartiri. Ab alijs vͦ accipiat: oĩ tñ cuꝫ modeſtia q̃ꝫ vt
volẽs velit: ⁊ quaſi veluti nõ aduertẽs animaduertat:
⁊ quaſi renuẽs libẽti aĩo manum cũ dexteritate porri
gendo recipiat: ne ꝺ nimia ſiti ⁊ auiditate notet. Nec
pfecto eſt nr̃atũ inter ceteras miſerias dura conditio:
vt patiẽtibus videat nihil nr̃i in eoꝝ viſitationibꝰ im
pẽdere pp q̃ꝺ obſequia medicoꝝ ĩnitit vt ad multuꝫ.
Niſi ergo medicus p̃mia recipiat labor eius vertetur
in dãnum. Sed cuꝫ labor eſt in dãno mortalis creſcit
egeſtas: ⁊ qui emit rem care: ⁊ eam vult donare diſpo
nat ſe mendicare. ¶ Meminerit quoqꝫ medicus ꝙ ſi/
ne bonis exterioribus quoꝝ fortuna eſt dñã nõ cõtin
git eẽ hoĩeꝫ felicẽ neqꝫ ab eius memoria excedat p̃ce
ptũ antiquũ. Dum dolet infirmus medicus ſit pigno
re firmus. Expers lãgoris nõ eſt memor huius amo
ris. Et iteruꝫ dum morbus fortis eſt medico ꝓmittit.
¶ Lꝫ aũt hec obſeruãda ſint in mercedẽ accipiẽdo: in
petẽdo tñ eam caute procedat medicus: ne (vt aiũt) in
fractione panis dignoſcat: plerũqꝫ. n. medici ita mo/
dum excedunt in petẽdo vt ars noſtra vileſcat: imo ⁊
aliqũ pro foro: ⁊ in iudicio litigando ſtatuunt pceſſus
ordinarios: aut q profecto vituperãdi ſunt: in oĩ eniꝫ
negocio cauẽduꝫ eſt: vt nequit nimis. ¶ Si ergo con
tingat patiẽtes periodo flegmatis in dãdo piodicare:
motu ſcilicet quottidiano: aut motu colere de ſecũdo
in ſecũdum: ferat medicus equo aĩo. Sic enim nõ to/
lerabilis eſt his noſtris luctuoſis tpibus ꝯditio. ¶ Si
aũt cõtingat vtplurimũ ſit patiẽtẽ in dando ad perio/
duꝫ melancolie de quarto in quartũ periodicare bona
cautela eſt vt medicus aliquã de diurnis viſitationibꝰ
negligat matutinã videlꝫ: aut veſpertinam. Sic enim
notũ fiet patiẽti volenti intelligere cãm. Et ſtimulabi
tur vt ſequẽti viſitatione medico ſatiſfaciat: ⁊ omnino
quantũ eſt poſſibile: interrumpẽdi ſunt motus quarta
ni quintani ⁊ ſextani: ⁊ qui in amplius ꝓtendunt: ceu
inutiles medico ⁊ oĩo pernitioſi. ¶ Quod ſi ſurduꝫ ſe
prebeat patiẽs: hac cautela ad aliam deueniendũ eſt:
vt aſtantẽ fidũ: vel apothecariũ: vel aliũ in quo confi/
det medicus moneat veluti ex ſe vel patiẽtem: vel af/
fines aut amicos moueat vt medici memores ſint: ſi
feſtinã ſalutem patientis exoptent.

¶ Capitulum quintum.

¶ De modo ſe habendi medici erga pñtes: ⁊ primo erga infirmo aſtantes.

Expedit medico cũ familiaribꝰ do
mꝰ patiẽtis v̓ba nõ mul/
tiplicat niſi ea tñ q̃ ad ĩfirmi curã ptinẽt
ſꝫ p̃ miniſtros idoneos ꝯſcios exequẽdo
ea q̃ ab eo ordinãt: iuxta v̓itateꝫ ipſoꝝ ⁊
occurſuꝫ ſinthomatũ ⁊ alioꝝ ſilr̃ ⁊ q̃ fideles ⁊ ſollici/
tos in flõando: vẽtoſando: ⁊ ſcalpellando ⁊ ſanguiſ/
ſugas apponẽdo: ⁊ ĩ fricãdo: ⁊ ligaturas in extremis
faciẽdo: ⁊ in oĩbus alijs acquiſitis pro officio aſtãtis.
Neqꝫ poſt hoc hẽat medicus hoc p̃ceptũ. Immo ad
ĩuẽtionẽ aliquoꝝ taliũ: ⁊ inuẽtoꝝ cõſeruationẽ ꝓ viri
bus euigilet. nã ẽt mediocris error circa ea q̃ ſunt aſtã
tis põt eſſe cã interiꝰ patientis. ¶ Et his talibꝰ vtat ⁊
pcuret: vt decẽti eoꝝ mercede accipiant ꝓ aſtãtibꝰ in
firmoꝝ ſuoꝝ: ⁊ circa eos exñs talis aſtãs honorẽ me/
dici tutat: ipꝫ ſũmis laudibꝰ extollat: ⁊ p̃ſto ſit vt fide
liter exequant q̃ ꝑ medicũ ordinant. ¶ Si vͦ vtplꝭm
ſit: inueniat aſtãtes idiotas: vtat medicꝰ bona cautela
vt eos ſibi reddat beniuolos: eoꝝ officiũ laudando ⁊
modum: ſollicitudinẽ: amorẽ: ⁊ diligẽtiam. Sic eniꝫ fa
ciens eũ aſtantẽ ſibi deditũ vt partes ꝯcernẽtes hono
rẽ: ⁊ vtilitatẽ medici tueant. Si tñ arrogans eſſet aut
p̃ſumptuoſus vel inſolens: nimiũ ſibi aſcribens. Bo
na cautela medici eſt: vt eiꝰ inſolentiã cũ bona modeſ/
ſtia refrangat: eius dicta vel opera nõ oĩno acceptan/
do: ſꝫ vel mutãdo: vel aliquãtulũ limitãdo: vel q̃uoli
bet alio mõ variãdo: ne oĩa ſibi aſcribat. Tutiꝰ tñ eſt vt
eũ ſibi amicũ faciat q̃ꝫ cũ eodẽ altercari: niſi medicus
tãte auctoritatis eſſet vt poſſet ipm a paſſiõe remoue
re: ⁊ eius loco aliũ ſubſtituere. ¶ Et oĩno opꝫ medicũ
in omnibus eſſe ſagacẽ ⁊ aſtutum.

¶ De mõ ſe hñdi medici erga mulieres patientis.

Diligenter aduertat medicꝰ ne
infamiã inhoneſtaꝫ
incurrat. Erit medicꝰ auctore Halaba/
te pcul ab omni libidine. Nec ad cuiuſ/
q̃ꝫ ea de cã matrẽ aut vxorẽ: certaue ſcili
cet que egrotãtis ſunt intueatur. ¶ Cum mulieribus
igit domꝰ infirmi v̓ba nõ multiplicet medicꝰ: niſi tñ q̃
ad illiꝰ curã ptinẽt. Eis nõ petẽtibꝰ p̃beat ꝯſiliũ: q̃ꝫ to
minus cũ eis alloquẽs inhoneſta: aliter. n. ludibro eſ
ſet oĩbus: ⁊ cũ dãno ⁊ incurſu infamie vituperandus.
¶ Nihil in ſecreto in domo patiẽtis cũ aliqua muliere
ptractet: niſi ipſa ãnoſa fuerit cũ qua de ſecretis mulie
rũ pquirere lꝫ. Fugiat neqꝫ tactu: neqꝫ aſpectu in ali/
quã eaꝝ flãmã libidinis inardeſcere. Non vtatur igit
medicꝰ magnis colloquijs: neqꝫ cõſilijs: neqꝫ riſu in
honeſto: neqꝫ verbis obſcenis aut luxurioſis cuꝫ vxo
re aut mulieribus patientis. ¶ Jurauit Hippocrates
⁊ iureiurãdo medicos aſtrinxit euitaturos ſe omnẽ in
iuriam: omnẽ corruptelam circa genus turpitudinis
res etiam venereas ſpõte ſua: ſiue muliebria corpora
curauerint: ſiue virilia.

¶ De modo ſe habendi medici erga alios medicos in eadem cura ſibi delegatos.

Si ergo cõtingat vt moris eſt plꝭes
medicoꝝ in eadẽ cura cõſti
tutos eſſe: aut ergo poſt ipm vocant: aut
ipſe poſt eos vocat: ſicqꝫ eſt de more vt ꝓ
boruꝫ medicoꝝ ordinare: ⁊ ſocios petere
vt fuit ẽt mos Gale. Fortaſſe. n. inueniret plures re/
media ſaluberrima: q̃ nõ inuenit vnꝰ: iuxta illud. Q̃ꝺ
tu non

tu non nosti fortasse nouit offellus in qbus casibꝰ sunt
cautele obseruāde. ¶ Non ꝑsumas solus curare egri/
tudinē de q̃ rōnabilr̃ mors cognoscit̃: sȝ sociū vel plu
res petat. Societas.n.nō aufert ꝑmiū: sȝ singularitas
plerūqȝ infamiā parit: imo affinibꝰ ⁊ amicis q patiētꝭ
sunt astringat ad dandū sibi sociū alias se curatuꝝ ne/
quaq̃ȝ ¶ Si medico incūbit sociū petere: eligat ex eis
nō inuidū: nō emulū: nō malignū: neqȝ inanis glorie
quesitorē: sȝ ex eis fideliorēȝ seniorē aliqñ ⁊ magis ab
egro affectatū: cū q̃ ꝺ cōicato ꝯsilio fiāt singula. Si.n.
post medicū vocat̃ vnus vl' plures: sicuti opulētiores
qdaȝ fastu quodā deducti plures ꝯuertūt ad se medi/
cos qꝺ nūqd ꝯferat patiēti vel ne imptinēs est ꝓposi/
to. Et sint plebei aut pure emperici cū illo vel illis nō
solēniter: vt moris est ꝯferat casum patientis. Uilescit
plurimū intellectus canonici medici: dedignat̃ si sapit
venietqȝ forte is plebeiꝰ in aliquā casus notitiā: si ca/
nonice cū eo casuȝ ꝯferat: ꝑcipue si ꝑspicacis v̓bi fue/
rit ⁊ boni iudicij: vt plurimi repiunt̃. Si v̓o ī scia me
dicinali doctrinatus fuerit ⁊ ei associat̃ in cura: equo
aīo ⁊ benigno de gerēdis circa infirmū ꝯferat seorsuȝ
amotis vulgaribꝰ: imo ⁊ oībus amicis ⁊ affinibꝰ pa/
tiētis: nisi forte esset aliqs medicine ꝓfessor cui iure ⁊
ex merito nō est negādū cōmertiū vel collegiū. Unde
pl'm dānādi sunt q publice collegiāt. Tuȝ qꝛ difficile
est qn vel discordia: vl' iurgiū vel dissenssus aliqs eue
niat: seu orīat̃ inter collegiātes nō sine vulgariū mur
muratōe ⁊ medicoꝝ cōtēptu. Tuȝ ēt qꝛ pñtibꝰ ex̃neis
qlibet exponit se vt videat̃ sociuȝ excellere: vt supior
appeat: ⁊ hec oīa in ꝑditiōe aīe eoꝝ. ¶ Qꝺ si tecū as/
sociatus: vel plures fideliter agent idētidē illi impen
das. Si vero ecōuerso: ⁊ tu idētidem illi. Par.n.pari
referto: qꝺ placeat vel mordeat. ¶ In collegiādo aūt
obseruet̃ modus canonicꝰ pricipis pria primi i capl'o
de subiectis medicine rōcinando circa egritudines: ⁊
eaꝝ cās pticulares: ⁊ eaꝝ signa vsqȝ ad ꝓnostica: ⁊ q̃li
ter egritudo remoueat̃ ⁊ cuiuscūqȝ eaꝝ reꝝ esse occul
tum fuerit: ⁊ ad illud demonstratōeȝ afferre ignotū ta
le: siue fuerit cā: siue signum diuidendo: numerādo: ⁊
cōplendo. ¶ Expedit medico anteq̃ȝ socius illi vocet̃
in cura ipso sciēte de futuro socio ordinare quecunqȝ
possibile est in cura patiētis in quacūqȝ forma fuerit:
ne altero supuocato medicus videat̃ in aliquo reme/
dio defecisse. ¶ Qꝺ si dicat publice ꝓuocatus medicꝰ
aliqꝺ remediū p ꝑcedenteȝ medicū nō ordinatū dicat
ꝑcedentē medicū illud fecisse: ⁊ quotquot adducit in
mediū supuocatus medicus oīa dicat se administras/
se: ēt si verum non sit: ne de ignorātia imputet̃. ¶ Si
v̓o cōtingat medicū ad curaȝ patiētis alterius medici
superuocari: bona.n.cautela ⁊ laude digna est petere
nūqd alius medicus illū visitauerit vel ne. Et si sic ali
qua de remedijs suis laudet ⁊ eum in sociuȝ querat:
eūqȝ vocare faciat: ēt si discipulus sit: neqȝ dedignet̃:
sed decēter honoret: ⁊ cū eo seorsuȝ de dispōnibꝰ egri
cōsulant voce submissa ⁊ facie depressa ⁊ videat̃ super
oībus attētius cogitare. ¶ Qꝺ si aliqs illuȝ errasse co/
gnoscat nō sit illius erroris publicus ꝓpalator: sȝ po/
tius ipsius tacitꝰ corrector. Si egritudo dat inducias
expectare medicū: cuiꝰ ista fuit cura principalis secum
cōferre casuȝ ⁊ quecūqȝ acta sunt ⁊ intelligere: nihilqȝ
de fiendis approximare nisi de cōicato cōsilio. Sic.n.
nisi malignus sit ipsuȝ facis tibi beniuolū. ¶ Quod si
aliqꝺ nouū remediū in mediū adducas: ⁊ dicat prece
dens medicus illud fecisse. Rñdendū est illi: scꝺm fuit
tale remediū eo tpe quo nō cōtulit: sed fiat iterū: quia
nūc est tp̄s: ⁊ addat ilico aliud remediū: ⁊ ita caute ꝓ
cedat. ¶ Qꝺ si ꝯtingat medicū socio te īuito exhibere
aliquā medicinā ꝑcipue solutiuā vl' curā dimittas ma
nifestata volūtate tua prius amicis patiētis: vel nō ꝑ/
mittas eā exhiberi nisi cū ꝓtestatōe ꝑcipue in egritu/
dine suspecta. ¶ Discussis aūt oībus pro cura patiētis
⁊ visis signis: ⁊ collegio cōpleto accedāt ad patientē.
Et si publice aliqd dicat socius: qꝺ priꝰ nō dixerit: vl'
nō oīno laudes nisi tepide: vel si laudaret cappares: ⁊
⁊ laudet alter cicoreā: vel aliqꝺ ꝯsil'e: vt honori ēt suo
medicꝰ ꝯsulat. ¶ Nouerit malignꝰ medicus detractor
ꝙ dū magis ⁊ aptius detrahit socio minus illi credit̃.
Eius venenuȝ detegit̃: magis diffamat̃ ⁊ veluti gla/
diū iugulo suo apponitis. Plurima laude digna ē mo
destia in oī artificio: maxīe tñ in medico: sed mixta sit
astutie ⁊ sagacitati: naȝ nō minꝰ vitupat̃ nimia simpli/
citas: q̃ȝ supflua duplicitas ⁊ triplicitas: ⁊ oīno nō sit
medicus imemor eius qꝺ dixit Horatiꝰ. Est modus
in rebus: sunt certi deniqȝ fines. Quos vltra citraqȝ
nequit consistere rectum.

¶ De modo se habendi medici erga discipulos audi
tores: si doctor legens fuerit.



Officium docentis medici est hāc
artē sine mercede ⁊ pa/
ctione edocere: ꝑcepta oīa libenter ⁊ fide
liter tradere. Officiū doctoris medicīe est
veritatē scibiliū medicīe auditoribꝰ mani
festare: q̃ in libris auctorū sunt: bono aīo dilucidare.
Iniq ꝓfecto aī est sciens nolēs docere: iuxta illꝺ. In
felix q multa sapit spernitqȝ docer̃. Quecūqȝ experta
didicit ⁊ iuenit memoratu digna ex eis reuelare. Ab
erroribꝰ se cauere: sempqȝ discipulos vt ab erroribꝰ se
custodiāt monere. ¶ Si pti theorice ī legēdo incūbat
ad opationē cāonū speculabiliū se v̓tere: ea quoad fie
ri poterit luce clariora reddere: nōnullos cāones pra
cticos ītersērere: nō imptinēter: neqȝ inutil'r auditori/
bus ꝑsuadere ptis theorice vtilitatē: ⁊ dignitatē cum
speculabilia medicīe sint veluti fundamētū ꝯsideratoꝝ
in pte practica nequaq̃ȝ post se hñda. ¶ Si v̓o pti pra
ctice: illud idē suo mō auditores tñ hortari: vt pti cu/
ratiue īmergāt casus practicos: ⁊ secreta remedia ꝺȝ
exigētiā egritudinū singulis lectionibꝰ narrare. Par/
tes practice vtilitatē ⁊ gloriā: cū sit veluti finis cōside
ratorū in theorica declarare. ¶ Expedit tñ ita oībus
suadere ⁊ eos ad medicinā allicere ita theoricā: vt nō
totū adolescētie tp̄s in ea ꝯterāt: ⁊ ꝑcipue in quorūdā
modernoꝝ speculatiōibꝰ: ne ī illis theorice giris atqȝ
meādris veluti ī syreneos scopulos ꝯsenescāt nō al'r
ita ēt ad partē operatiuā eos allicere: vt theoricā non
negligāt sine qua nec scitur practica perfecte: neqȝ sal
uatur quis ab errore in actu operandi.

¶ De modo se habendi medici erga aromatarium.



Expedit medico elgere sibi fidelē
aromatariū ⁊ q artē suaȝ
nouerit oī mō opportūe tā ī simpliciū co
gnitōe q̃ȝ ī eoꝝ p artificiū ꝺbita pmixtōe
ad ātidota cōponēda q̃cūqȝ mō ⁊ forma
illa debeāt mīstrari: ⁊ in alijs que ad artē ptinēt sit in
structꝰ illiqȝ suadere ⁊ ꝑcipere: vt medicinas eligat cō
gruas: easqȝ precio cōdecenti vendat. ¶ Prestat me/
dico si medicinaȝ solutiuam ordinat: vel opiatam: vt
ipse ꝑsens adsit ⁊ intersit: vt ꝯuenienti qualitate ⁊ ordi/

ne ⁊ pondere ꝑparet̃ iuxta medici ꝑceptũ: ne error cõmittat̃. ¶ Si ꝯtingat medicũ ordinare aliquã medicinam solutiuã: vel opiatã in aliqua egritudĩe timorosa ad fugiendã infamiã possibilẽ euenire si forte medicina ista effrenitaret nimiũ soluẽdo: vel opiata nimium stupefaceret ⁊ res succederet in sinistrũ: bona cautela ẽ vt nõ ordinet̃ tota dosis: vel nulla fiat mentio in receptarijs per scripturã. Ne forte si res male succederet venirent amici ad videndũ que medicina fuit ista ⁊ ita infamiaret̃ medicus. Sed secrete cõmittant̃ aromatario fideli qd̃ acturus sit ⁊ in qua dosi: cui precipiatur a medico vt nemini dicat ordinationẽ illam: neqꝫ illi⁹ appareat scriptura.

¶ De modo se habẽdi medici erga plebeios.



On est parũ difficilis medico hic modus viuẽdi cũ oĩs plebeius vulgaris idiota ignorãs est. Omnis aũt talis ignorãs est malus: semp sciẽs in ꝯtria. Caute ꝓcedẽdũ est maxime medico ꝯducto ad curã alicui⁹ cõitatis: impossibile est enim oĩbus indulgere ⁊ cõplacere. Unde hãc nostratum vt ita dicã miseriã ⁊ in libro ꝓnosticationũ auctoritate Platonis ait. Si debent cõparari ab ĩsantibus: vel ab hoĩb⁹ insipientib⁹ medicus ⁊ cocus: cocus non in medico id qd̃ plus deportabit. ¶ Expedit igit̃ medico vt oĩbus existat notus bona fama si doctrina nemini tñ familiaris ne nimia familiaritate cõtẽnat̃. Si tamen cũ aliquo vulgari affinitate ꝯiunctus sit: ⁊ magis illi familiarẽ se prebeat excusaturo. Non seuerus neqꝫ crudelis: ne pp illa deuitet̃. Uulgo morib⁹ ⁊ gestis ⁊ vestitu laudabiliter se ostendat. Si cũ vulgarib⁹ sermonẽ habere cõtigerit nullius dicta reprobet. Cũ eis non est altercandũ: sed affirmet que cõitati hominum vident̃: ⁊ laudet veluti vtilia. Omnibus affabilez se reddere: neminem spernere: oĩbus benigne remedia exhibere. Cum tẽpus loquendi datur medico: sit ille affabilis: ornate ⁊ pulchre cum quadam grauitate loquẽs ẽt in ꝑabolis aliqñ dicunt̃ sapientes. Non pudeat medicũ vocari ꝑabolanũ: cũ euangelica lectio doceat sũmuz medicũ Jesum xp̃m fuisse parabolanum: idest ĩ parabolis loquutum. Omnis aũt xp̃i actio nostra est instructio. Jurgia: lites ⁊ partialitates: que plurimum solent oriri ⁊ foueri in ciuitatibus vel cõitatibus quouis modo fugiet: cõe bonum ciuitatis illius vel patrie zelet. Laudes vulgi non cupiat: nam vulg⁹ ignobile nõ discernit peritum ab imperito laudanduz vel cõmendandũ a vituperando. Honores seu reuerẽtiam sibi exhibitas non spernat. Propter qd̃ si per ciuitatem vel alia loca publica transire contingat equester falleratus vel pedes ⁊ cum reuerentia salutet̃ vnicuiqꝫ reddat cõsimile: blandũ se porrigens. ¶ Petentibus consilia medicus cõditiones petentis: ⁊ materiã petitam consideret diligẽter. Nam si petens fuerit fidedignus: neqꝫ a casu petens ⁊ de re licita petat: ei cõsilium est exhibendum. Hic tamen bonam cautelã seruare opꝫ: vt ars magis sit in precio. Medicum tamẽ ex improuiso petenti: ⁊ quasi a casu nõ ilico medicus prebeat remedium etiam si in promptu haberet remedia. Sed differat precipue si dispositio de qua petitur dat inducias: ⁊ iubeas illi vt in crastinũ deferat vrinã: vt videatur velle maturius incedere.

¶ Capitulum sextum ⁊ vltimum.

¶ De modo se habendi medici quantum ad ea q̃ extrinsecus sunt.




It medicus quo ad facultatẽ diues: vl̃ saltem nõ oĩno egenus. Eius locus habitatiõis: siue domus oĩbus notus: vt ĩueniri possit: emergẽte necessitate. Hospitiũ tñ eius quo ad ĩtima secretũ paucis qꝫ notũ nõ resonãs: nõ calcatũ: ⁊ in cursibus. ¶ Dixit Cõciliator. Nõ ẽt mitris ⁊ vexillis medicinalib⁹ organis insignitũ. Nõ est medici querere festiuitates: neqꝫ cãtus: neqꝫ tripudia. Non sit medic⁹ pulsator ĩstrumẽtoruz musicaliũ: nõ postibuloꝝ visitator. Non cõuersetur cũ pollutis ⁊ publice peccatoribus aut infamibus aut flagitiosis hominibus: ⁊ precipue homicidis. Non occupet̃ in rebus publicis ⁊ negociationibus. Ex his enim orit̃: vt fundamẽta medicine negligant̃: cõfidẽtia infirmi de medico depellit̃: auctoritas minuitur: ⁊ demũ inutilis ⁊ nociuus medicus iudicat̃. Non intromittat se medicus in emẽdo necessaria domui ꝑcipue circa victũ quotidianũ: vilescit eniꝫ ⁊ a vulgo notatur. Non venationib⁹ occupet̃: nõ armis: nõ in alchimia qua hoĩes postremo solũ ditant̃ spe: fuligine: ⁊ stultitia. Nõ agricultura. Nõ pomposus p ciuitatẽ ĩcedẽs. Et vt sit ad vnũ dicere oĩs medici ĩtẽtio: ⁊ occupatio sit circa medicinalia dũtaxat. ¶ Dixit Haliabas: volẽtez itaqꝫ medicũ eẽ ꝑfectũ: obseruare opꝫ hec mãdata: ⁊ eis ĩformari q ducti sunt morib⁹ nec ꝯtẽnere oĩo. Si n. his inheserit medela ei⁹ recta hoĩb⁹ cõplacẽs fiet: inclinabũturqꝫ ad eũ: amabit̃: honorabit̃: honesta erit eius fama apud eos: necnõ cũ his meritis ⁊ premijs ꝑmiabit̃ apud deũ. ¶ Inquit Nicolus: ad ꝯuiuiũ inuitatus medic⁹ si põt primũ locum sibi nõ vẽdicet: neqꝫ oñ dat se ĩportunũ: neqꝫ famelicũ: nullũ cibũ vitupet: nullũqꝫ fastidiat: esto ẽt q̄ vitupandus eẽt: ꝫ sũme laudet q̃litatẽ: ⁊ quãtitatẽ extollat: nõ cõmẽdet ad implẽduz vẽtris lacunã: sed in cibo ⁊ potu sobri⁹ sit. Et si in domo patiẽtis fuerit tũc cũ ciboꝝ oblectatiõib⁹ occupatus fuerit: nõ obliuiscat̃ patiẽtis: sed ad ĩfirmũ mittat: ⁊ de statu ei⁹ ingrat: vt noĩe sui patiẽs cognoscat: q̄ medic⁹ ẽt inter delitias sui nõ obliuiscat̃. Cunqꝫ a mẽsa surrexerit ad infirmuz ingrediẽs dicat sibi optĩe paratũ. ¶ Hec qdẽ sunt: q̃ ad medicũ referri oꝫ que q iuiolata incorruptaqꝫ hꝰ mõ pure ⁊ sancte: recteqꝫ seruauerit vrbes frequẽtando nõ ꝟbis solũ veꝝ ẽt re medicus cẽsebitur: vita arteqꝫ sua felicissime: fortunatissimeqꝫ fruet̃: ei⁹ nomẽ: ⁊ gloria apd̃ vniuersos hoĩes: ⁊ natões imppetuũ celebrabit̃. Trãsgrediẽti aũt ꝯtria oĩa euenient. Finis.


¶ Ad emptores hunc librum.

Que cuncta tenuit: tenet hic libellus amice
 Hippocras: ⁊ canonum qui sapiere senex.
Hunc eme si poteris: poteris modo cũcta doceri:
 Et cautelarum diceris Hermogenes:
Hũc Verona quo Zerbus gaudet scripsit apollo
 Dirrexit mentem: cetera cuncta sibi.
Hunc eme qui cuncta senum: veterũqꝫ priorum
 Scire cupis: alter eris apollineus.

¶ Impressum Papie p Magistrum
Jacob de Burgofrãcho. Anno
dñi. M.cccccxvj. die
9. Januarij.







et uos illos ut interessent electio
ni faciende nobiscum curassetis
sollicite reuocare quoniam ad elec
tionem faciendam accedere nolu
erint alienos se fecisse uidetur
propter quod electioni a uobis iuxta for
mam mandati apostolici concorditer ce-
lebrate de iure non posse contradi
ci uidebatur. Et infra. His igitur et ali
is allegatis quoniam que circa personam
illius quem elegistis nobis dic
tum fuit ut obiectum. quia ta
men uerbum apostoli dicentis. Ne
mini cito manum imposueris. debe
mus attendere diligenter ad ea
que circa personam inquirenda fu
erant diuersum ex officio nostro sicut
decuit processimus. Et infra. Illius quidem
litteratura licet non eminentis.
tamen conuenientis electus existit.
ut per effectum scientie sicut plenius
intelleximus ab hiis qui eum me
lius cognouerunt ab electione non
debet excludi. de legittima
tamen etate plene scire non potui
mus ueritatem qui cum a multis
cuius etatis existeret curauerimus
indagare a nemine uerum
quoniam audiuimus quod annum eta
tis tricesimum attigisset. Et infra. Nos
ecclesie parti et persone prouidere uo
lentes et tamen rationes quoniam cano
nes obseruare. quia propositum ue
strum prouidum intelleximus. et
ideo propter urgentem necessitatem
et euidentem utilitatem ecclesie
capuane que in hac parte potius
approbamus uolumus ipsum fir
miter pouirare prefatum subdia
conum nostrum uobis in procuratorem
concedimus ubi administrationem
eius tam in temporalibus quoniam in spirituali
bus committentes. Idem Cantuar.

Insinuauit nobis quod [E.] archiepiscopo.
Wigornensi ecclesia destituta pa
store. Prior et conuentus eiusdem ecclesie
Magistrum G. Eboracensem archidiaconum
in episcopum elegerunt. cuius confirmatio
nem usque in aduentum ipsius
qui absens eligebatur et inscius
distulisti. qui tandem spontanea
et secreta confessione monstra
uit quod conscientia eius aliquantis per
ex natalibus esset lesa. Et infra. Cum e
lectionem capitulum petiit per se
apostolicum confirmari. Presentato no
bis electionis decreto subscriptio
nibus eligentium roborato. quidam
autem suffraganeorum tuo
rum asseruerunt eum filium fuis
se cuiusdam militis. et ab eo ex qua
dam ingenua et non coniugata
susceptum. Idem quoque magister
adiecit quod numquam pater eius
habuerat uxorem. sed matris
eius uirginitatis florem preripu
it qui fuit etc. Et infra. Quoniam uis autem
canon late constitutionis ab Alexandro papa pre
decessore nostro editus non legittime
genitos a dignitate prosequitur: quod elec
tionem talium innuit nullam esse.
nobis tamen per eum adempta non
fuit dispensationis facultas cum
ea non fuerit prohibentis intentio
quod successoribus suis nullum
potuit in hac parte preiudici
um generare. pari pro eum im
modo eadem potestate fungeris.
cum non habeat ipsum par impe
rium. Et infra. Multa enim in hoc casu
dispensationem inducere uide
bantur litterarum scientia. morum hone
stas. uite meritum et fama persone.
multi pluraque beneficia et ex tribus
nris qui eum in scolis cognoue
rant approbate faciebant ad id
non modicum concors capituli
Wigorniensis electio. peti
tio populi. assensus principis.
uotum tuum. suffraganeorum.